

INDEX CAUSARUM

Ordine alphabetico juxta earum dioceses.

- A**
 Aliphana Collegiatae, disc. 8.
 Ampuriens. & Civitaten. unionis Cathedralium, disc. 7.
 Asculana distributionis officiorum, disc. 48.
 Præcedentiæ, disc. 17.
 Assisens. oblationum, disc. 11.
- B**
 Baren. throni, seu baldacchini, disc. 26.
 Britinorien. seu fori Pompilii bonorum, disc. 37.
 Burgen. erectionis Cathedralis, disc. 6.
 Burgen. erectionis Cathedralis, disc. 50.
- C**
 Calaritana funerum, disc. 22.
 Cæsaraugustana Cathedralitatis, disc. 3.
 Eadem, disc. 4.
 Eadem, disc. 5.
 Chassanen. Præminentiarum, disc. 42.
 Sedis, disc. 44.
 Cracovien. Coronationis Regis, disc. 53.
- E**
 Eugubina Abbatiae, disc. 36.
- F**
 Fanen. admissionis ad consilium, disc. 38.
 Ferrarien. regiminis studiorum, disc. 39.
 Forolivien. admissionis ad consilium, disc. 31.
 Præcedentiæ, disc. 23.
 Fulginaten. juris honorifici, disc. 30.
- M**
 Majoricen. præcedentiæ, disc. 18.
 Functionum, disc. 19.
 Mediolanen. erectionis confraternitatis, disc. 10.
 Meleventana habitus, seu admissionis ad Professionem, disc. 49.
 Seu Aquilana habitus, disc. 34.
- N**
 Neapolitana Capellæ, disc. 12.
 Præcedentiæ, disc. 46.
 Præminentiarum, disc. 41.
 Nullius Præminentiarum, disc. 45.
- P**
 Pampilonen. decimarum de Tassalla, disc. 29.
 Parmen. funerum, disc. 21.
 Præcedentiæ, disc. 20.
 Perusina sedilis, seu scamni, disc. 27.
 Pragen. præcedentiæ, disc. 16.
- R**
 Romana imaginis, seu concessionis situs, disc. 40.
 Romana indulti, seu exemptionis, disc. 28.
 Præcedentiæ, disc. 24.
 Protectionum, disc. 13.
 Ulus Pontificalium, disc. 15.
- S**
 Salernitana præcedentiæ, disc. 25.
 Sypontina Cathedralitatis, disc. 22.
- T**
 Tirafonen. Pontificalium, disc. 14.
 Tranen. præcedentiæ, disc. 43.
 Tusculana habitus, disc. 54.
- V**
 Venusina præminentiarum, disc. 25.
 Vigilien. Collegialitatis, disc. 51.
 Urbinaten. juris metropolitici, disc. 1.
- Seu Hispalen. habitus, disc. 33.
 Seu Valentina habitus, disc. 32.
 Messanen. erectionis collegiatae, disc. 9.
 Montis Cassini Præcedentiæ, disc. 52.
 Mutinen. Præcedentiæ, disc. 47.**



JO. BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Tertii Pars Prima,
DE JURISDICTIONE, ET FORO COMPETENTI.

TOLETANA JURISDICTIONIS
PRO MAGNO PRIORE CASTELLE ET
LEGIONIS ORDINIS S. JOANNIS
JEROSOLYMITANI,
CUM ARCHIEPISCOPO.

Causis decisus per Rotam, pro Archiepiscopo.

De controversia jurisdictionis spiritualis, tam ordinaria, quam delegata, inter Episcopum, & Prælatum inferiorem, tam in locis exemptis, quam nullius, & de territorio separato. Et quomodo territorium separatum probari dicatur, Et de distinctione plurium specierum Prælatorum inferiorum, eorumque jurisdictionis, Ac de intelligentia privilegiorum, quæ super exemptione à locorum Ordinariis competunt Regularibus, & Religiosis, præsertim verò illis S. Joannis Jerosolymitani.

S U M M A R I U M.

- 1 Controversia jurisdictionales in Curia frequentes, & quomodo ille decidende sint.
- 2 Facti series, seu casus controversie.
- 3 Totus Ordo sub Dionysio dicitur esse in Diocesi, & quid sit Diocesis.
- 4 Antiquitus non dabatur locus, qui non esset sub aliqua Diocesi.
- 5 De introductione exemptionis Regularium, & monasteriorum.
- 6 De privilegiis exemptis Religionis Jerosolymitane.
- 7 De usu Prælatorum inferiorum, eorumque diversis speciebus, que distinguuntur.
- 8 Territorium Monasterii, vel Ecclesie exemptæ, consistit in ipsius ambitu, & jurisdictione Prælati est in personam.
- 9 De Prælati inferioribus cum jurisdictione in Clerum, & populum, sed intra Diocesim Episcopi, & quid ista jurisdictione importet.
- 10 De Prælati cum territorio separato & nullius.
- 11 Ad solum Papam pertinet territoria separare.
- 12 Territoria separata non præsumuntur, & illud probandum est vel per privilegium, vel per immemorabilem.
- 13 De differentiis inter unum, & alteram speciem probationis, & immemorabilem non suffragatur, nisi canonizata per tres conformes.
- 14 De conclusionibus, quæ Episcopo agenti incumbunt onus probandi situationem loci in sua Diocesi.
- 15 De probatione situationis in Diocesi.

- 16 A finibus temporalibus non inferuntur ad spirituales & contra, & non ex eo quod locus habet territorium proprium ab aliis locis distinctum, ergo est de territorio separato.
- 17 A finibus temporalibus eorumque distinctione inferri non possunt ad spirituales.
- 18 Episcopus habet intentionem fundatam in omnes Ecclesias, & personas Diocesis super lege Diocesana, & jurisdictione spirituali.
- 19 De privilegio Religionis Jerosolymitane quam speciem jurisdictionis tribuant Prioribus, & Commendatariis.
- 20 De jurisdictione Prælatorum inferiorum in Monasteriis & Ecclesiis exemptis intra Diocesim.
- 21 De differentia inter Prioratus, & Monasteria sive in ipsi Civitatibus, & de locis de ipsorum jurisdictione.
- 22 Causæ, in quibus etiam in populum tanquam colonos competat jurisdictione.
- 23 De probationibus territorii separati, & de improbabilitate immemorabilem.
- 24 De jurisdictione media Prælatorum inferiorum juxta terminos cap. auditus de prescrip.
- 25 An & quando per exercitium aliquorum actuum interruptatur prescriptio Prælati inferioris.
- 26 De conclusionibus, quæ in causa uniuscujuslibet possunt aliorum actuum sufficere, quomodo procedat.
- 27 De compatibili cum alio concurrente plurium Superiorum, & habentium eandem jurisdictionem.
- 28 Declaratur conclusio de non dandis duobus capitibus in uno corpore, quomodo procedat.
- 29 An dari possint duo Episcopi in una Ecclesia.
- 30 Quomodo dicatur probata jurisdictione Prælati inferioris, compatibiliter cum actibus gestis per Episcopum.

D I S C. I.

Requentiores, privatim ad omnia Catholici Orbis Tribunalia, sunt in Romana Curia controversie jurisdictionales super jurisdictione spirituali, seu Episcopali, tam ordinaria, quam à Sac. Concilio Tridentino, & Apostolicis Constitutionibus delegata, inter Episcopos, & Prælatos inferiores, illaque videntur hodie, potius facti, & applicationis, quam juris, cum istius theoreticæ, seu conclusiones generales videantur jam firmatæ, ac extra controversiam, que tota versatur in applicatione ad casum. Unde propterea, adinstar materiae fidei commissariæ, & similibus, congruum ac opportunum videtur, plures controversias, quas disputare contingat, distincte adnotare & recensere, quamvis sub eisdem conclusionibus, ac juris principis cadentes, ob diversis facti circumstantias, ex quibus, eisdem juris principis retentis, diversimode in uno, ac altero casu judicandum est, ideoque diversi eventus illorum casuum, qui similes, ac identici videntur, nimium profunt ad veritatem

tem indagandi, congruamque applicationem faciendam, seu ad conciliandas tot decisiones & auctoritates, quae primo aspectu invicem pugnant videntur. Quamvis & idem frequenter producere soleat aequivoce, inter modernos, praesertim pragmaticos, & transcriptores frequentia, capiendi quid pro quo.

Inter hujusmodi autem controversias, gravior magisque venialis fuit illa inter Archiepiscopum Toletanum, & M. Priorem Castellae, & Regionis Ordinis S. Joannis Hierosolimitani: Cum enim dictus Prioratus, ex Regis concessione, vel aliis titulis ab antiquo possideret in dominio, & jurisdictione temporali Oppida, de Confoera, de Alcanzar, & alia 15. loca circiter, ejusdemque Prioratus officiales, incertum est ex quo principio, jurisdictionem quoque spirituales, seu quasi Episcopalem in eorumdem locorum clero, & populo exercere consueverint, quod in locis de temporali dominio hujus Religionis est satis frequens ut de eadem habetur in Conversiana, & in Vulturaria. *disc. proxime ac seq.* & in aliis; Hinc proinde, ab antiquo pariter tempore, tam super dicta jurisdictione, quam etiam super jure decimandi, inter Archiepiscopos Toletanos praetendentes hujusmodi loca intra sua Dioecesis fines esse, ac M. Priores pro tempore in Consilio Regio, & coram Apostolicis Delegatis plures in partibus exorta fuerunt controversiae, sicut, seu verius suspense per diversas concordias omnes tamen personales quoad ipsos Archiepiscopos & respectivè Priores transientes initas, per quas aliquid hinc inde datum, seu remissum fuit, cum praeservatis tamen protectionibus cuiuscumque utriusque partis praesudicij.

Demum vero de anno 1610. per M. Priorem ex remedio *1. diffamari* adversus Archiepiscopum iactantem visitare ad jurisdictionem ordinariam, vel delegatam in hujusmodi locis exercere, introduca fuit lita in Rota coram Piravano, coram quo sub diebus 26. Maji 1612. & 4. Decembris 1613. duae prodiit resolutiones Archiepiscopo favorabiles, si per moderationem inhibitionis ex parte M. Prioris obtentae, ne per illam Archiepiscopus impederet visitare, si tamen jurisdictionem saltem delegatam exerceret, ut liquet ex decisionibus desuper editis impressis post Tamburini. *de jur. Abbat. tom. 2. dec. 67. & 68.* & quae habent etiam repetita *dec. 396. par. 1. & 493. par. 2. rec. ultra* quam plures alias resolutiones circa ordinariam & compilationem processus, ad rem non facientes.

Siluit deinde longo tempore causa usque ad annum circiter 1655. in quo ea ex parte Archiepiscopi reassumpta coram Bevilacqua fueroque sub diebus 9. Maji 1659. & 21. Maji 1660. prodiit resolutiones eidem Archiepiscopo favorabiles, in bono iure ac negotio principali, firmantes idem eorum Oppidorum & locorum situationem intra fines Dioecesis Toletanae, & successivè Archiepiscopi omnimodam jurisdictionem spirituales & Episcopalem, ordinariam & delegatam indebitam in eorumdem locorum Ecclesiis, ac personis de clero & populo, omnibusque aliis ad legem dioecesanam pertinentibus privativè ad M. Priorem, ut patet ex decisionibus desuper editis, quarum secunda hucusque est impressa post collationes Bondeni, *dec. 78.* atque in dies & plures imprimuntur, ad quarum decisionum normam emanavit sententia, adversus quam commissa causa appellations in eadem Rota coram Taja, sub die 10. Junii 1661. quo prodiit resolutione pariter Archiepiscopo favorabiles, una super confirmatione sententiae, altera in possessione ipsius manutentione, concessioque nova auctoritate in altera disputatione habita coram Bevilacqua tanquam iussu in locum Taja infra valentiam detenti, sub die 27. Januarii 1662. confirmata fuit resolutio in possessione, reformata vero, seu declarata fuerunt, tam sententia, quam dictae tres decisiones in bono iure, ut scilicet Archiepiscopi iurisdictione non violaret Sacrae Religionis privilegia registrata in Constitutione 9. Pii IV. idcirco non comprehendentes ejusdem Religionis professos, seu etiam capellanos, servientes, ministros, colonos, & alios quamvis de clero & populo saeculari, in quibus concurrerent tria requisita Constitutionis 67. Gregorii XIII. & de quibus habetur actum in Faventina *hoc eod. tit. disc. 4.* atque ad illarum resolutionum normam prodiit alia sententia.

In hoc statu ipsa Religio, ad praeservanda praesudicia, sibi ejusque privilegia, ex hujus causae malo eventu resistentia, adiit Signaturam gratiae, petendo se admitti ad causam ex integro, non attentis ut supra gestis cum M. Priore, cum non ad illum, sed ad ipsam praetenderetur principaliter spectare defensionem privilegiorum, iurium, & jurisdictionum, necdum ipsius Religionis in universum; sed sin-

gulum Prioratum, Bajulivatum, & Commendarum, & assumpta de super disputatione, sub die 23. Januarii 1663. dilata fuit resolutio, unde propterea fuit causa usque ad alteram Signaturam habitam sub die 6. Novembris 1667. in qua resolutum fuit Religionem admittendam esse in statu & terminis, in qua reperitur causa, quae proinde in tertia instantia commissa fuit in eadem Rota coram Priolo, & in hoc ita reperitur.

In pluribus autem congressibus pro hujusmodi causae directione ac defensione habitis, usque ab initio de anno 1656. & in primo congressu, mea fuit sententia, periculolum videri insistere in omnimoda jurisdictione ordinaria & quasi Episcopali privativè ad Archiepiscopum, tanquam in locis nullius & de territorio separato, cum generalia Religionis quamvis ampla privilegia registrata in dicta Constitutione 9. Pii IV. id non importent, neque haberentur hujus Prioratus privilegia specialia, minime probata, vel probabilis esset immemorabilis desuper necessaria, Ideoque erant in voto, assumendum esse defensionem jurisdictionis mediae super actibus praescriptis iuxta terminos texti. *in cap. auditis, de praescrip. de qua* ceteris senioribus & gravius congregatis diversimodè visum fuit, hinc laequum est, quod multum volentes, totum amissum, Archiepiscopus vero obtinuit plura fore quam praetenderet, cum dictae primae decisiones editae de annis 1612. & 1613. praesertim viderentur, cum contentum esse jurisdictionem delegatam, Ideoque resolutiones praedictae quoad omnimodam ac territorium separatam, Mihi quamvis per hunc parte scribenti, iuxta ac probabiles videbantur, Quamvis conversò, referendo etiam ad solam veritatem, non placerent quoad omnimodam & privativè M. Prioris, super actibus praescriptis iuxta terminos texti. *in d. cap. auditis, cap. auditis,* cum in hac parte bonum ius M. Priori potius assilire videretur, Et conterentur in ultimo congressu post dictam resolutionem Signaturae gratiae pro directione causae in hac tertia instantia etiam sub nomine Religionis habito, persistendo in mea sententia, cui ceteri congregati adhererent, et credebam in hac specie jurisdictionis, ac pro diderunt sententiarum reformationem solum insistentem esse, cum longè melius esse obtinere dimidiatam victoriam, quam subjacere omnimodae succumbentiae.

Quoniam vero agentes pro D. Joanne de Austria M. Priore non de facili acquirerebant, ex eo potissimum, quod ejusdem M. Prioris consilium, ceterique officiales de partibus, nimium inculearent insistentem esse super impugnatione hujusmodi locorum situatione in dioecesi Toletana, ex eo quod ea in similibus locis proprios haberent limites, seu terminos ab aliis dictae dioecesis Oppidis & locis distincto, atque constitutis ut ibi dicitur, *in unum terminum rotundum*, quasi unius Dioecesis constitutum. Idcirco ad eorumdem officium & consiliorum informationem ac instructionem, ut vel acquiescerent, vel alia meliora subministrarent, assumpsi onus estimandi desuper discursum, assuendo hanc materiam ab alto, omneque inferiorum Praetorum, ac jurisdictionum species distinguendo, ut ita dignosceretur, ubi resideret difficultas.

Retenta igitur opinione, quam licet à pluribus contradicam, sequitur Rota, & esse magis communem & probabilem, ex Baronii & aliorum testimonio probat Barbose *de potest. Episcopi par. 1. cap. 7. tit. 1.* quod scilicet sub Pontifice Dionyio Primo totus Orbis terrarum fuit Episcopis divisus esse in dioeceses, quae respectivè unicuique universae Ecclesiae Cathedralis Territorium constituit, quorum singula, vel quoad jurisdictionem temporalem, vel quoad iura civica, distinctos fines, distinctaque territoria habent, etiam quibus diversae Principatus & ditionibus temporalibus, quamvis contrariarum, circa Episcoporum & Archiepiscoporum originem derivatam à gentiliis divisionibus impugnatione Dionysii divisionem dicit Fagnan. *in cap. nullus de parochiis, nu. 12. & seq.* quae tamen opinio non videtur recepta per Rotam & Curiam, sed potius alia ut supra, cum in illis primitivè Ecclesiae temporibus adhuc introductus non esset usus exemptionum, ac Praetorum inferiorum, Idcirco in quacumque dioecesi respectivè, nulla data discretione saecularium & regularium, vel subditorum, & exemptorum, unum erat ovile, & unus Pastor, neque aliquis aderat in Orbe locus, qui fuit Episcopo & in aliqua dioecesi non esset, quamvis & in hoc Fagnan. *in d. cap. nullus, nu. 16.* contrarium dicit, parum tamen tutè, quia cum in illis primitivè Ecclesiae temporibus non haberetur usus exemptionum & Praetorum inferiorum, non videtur quomodo aliqua loca rema-

manere deberint accephali, illique populi sine Episcopo, sic oves sine pastore.

Post introductum vero Ordinem monasticum, seu statum regularem cepit Sedes Apostolica recipere sui sua, & B. Petri protectione aliqua monasteria, ac eximendo à jurisdictione, & superioritate Episcoporum, ac immediate subiacendo ipsi Sedi, concedendo eorumdem Abbatibus, vel Praelatis iurisdictionem in ipsos Monachos & professos, dilatam etiam ad ministros, inservientes, & colonos, dictaque concessionis in origine singulariter aliquibus monasteriis factae, paulatim adde crevere, quod exceptis aliquibus partibus ultramontanis praesertim Germaniae, Hodie, sive directè & immediate, sive mediatè & per communicationem privilegiorum, in universo statum regulari, eorumque omnibus monasteriis, conventibus, & domibus dictae exemptionis viget, cum illis moderationibus, quas deinde Sac. Conc. Trid. & Apostolicae Constitutiones introduxerunt, ut frequenter & pariter habetur deductè *hoc eod. tit. praesertim vero circa Regularium exemptionem in Coloniae exemptionem S. Cornelii ad Indam disc. 28.* & in Romana exemptionis, seu tituli Cardinalitatis, *disc. 34.*

Inter ceteras autem Religionis, quoad hujusmodi concessionis & privilegia, praecipuum ac fore primum locum occupat insignis Religio S. Joannis Hierosolimitani, cui Summi Pontifices plura concesserunt privilegia enunciatam & confirmatam per Pium IV. in ejus Constitutione 9. illud praesertim, omnimodae exemptionis, Prioratum, Bajulivatum, Hospitalium, & Commendarum, eorumque capellanorum, & servientium, ministrorum, colonorum, & aliorum quamvis saecularium, concedendo ipsi Prioribus, Bajulis & Commendatariis iurisdictionem activam in dictas personas, ac si essent viri Ordinarii, quod tamen deinde per Sac. Concilium Trid. & Constitutionem 67. Gregorii XIII. moderata fuit, iuxta ea quae habentur in Faventina jurisdictionis *hoc tit. disc. 40.*

Ex Indultis quoque Apostolicis, vel etiam ex consuetudine frequentius originata ex deputacionibus, seu concessionibus ipsorumdem Episcoporum, ut liquet ex Squillacen. coram And. inter fuis *decis. 54.* alias *decis. 69.* post Tamburini *de jur. Abbat. tom. 2.* quae est decisio magistralis in materia territorii separati, ac etiam ex Conversiana apud Duran. *decis. 466.* de qua habetur actum hoc pariter *tit. disc. 399.* & in *Mutinen. disc. 13.* & in aliis, inolevit usus aliorum Praetorum inferiorum saecularium, vel regularium cum spirituali, & quasi Episcopali jurisdictione etiam in clerum, & populum aliquorum locorum, vel subditorum, & sub Episcopis, in quorum dioecesi ipsa loca sita essent, vel etiam privativè, & cum omnimoda, ita loca praedicta omnino dismembrata, & separata conferuntur à dioecesi.

Hinc proinde tres habemus hujusmodi inferiorum Praetorum saecularium, vel regularium species, quarum prima est frequentior; Abbatum seu Priorum, aliorumque Superiorum regularium in suis respectivè monasteriis, conventibus, vel domibus regularibus in Civitate, vel Dioecesi existentibus, cum exemptione tamen ab Episcopo. Quod etiam habetur in peritico Praelatis, seu primis dignitatibus Ecclesiarum collegiarum saecularium, ut est, exempli gratia, Prior S. Nicolai Barii, ac etiam sunt Archiepiscopi Ecclesiarum Patriarcalium Urbis, & similes: Et isti Praelati nullum habent territorium, nisi quantum se extendat ipsorum Monasteriorum, Conventuum, domorum, vel Ecclesiarum ambitus, in quo Monasterii, & Abbatis territorium consistere dicitur, iuxta receptam doctrinam Cardinalis in *Clementina 1. numer. 1. de statu monachorum*, de qua Tamburini *de jur. Abbat. tom. 1. disputat. 15. quest. 7. num. 39.* Capuani *decis. 225. numer. 3. par. 2. decis. 348. num. 35. par. 1. rec.* Unde extra dictum ambitum, ipsorum Praetorum iurisdictione est in personas sibi subiectas sine territorio iuxta causam, de quo infra in Nazarena, *disc. 20.* in Lauretana, *disc. 33.* in Pollicitana, *disc. 19.* & in aliis, dictaque monasteria, vel alia loca exempta dicuntur in dioecesi, sed non de dioecesi ob exemptionem ab universali lege dioecesana.

Alteri Praetorum species est habentium jurisdictionem spirituales etiam in clerum & populum saecularem aliquos loci, cum aliqua impropria territorii distinctione, quantum scilicet respectivè illius loci particulare, seu temporales fines se pretendant, adhuc tamen continuantes in dioecesi, itaut hujusmodi Praetorum iurisdictione compatibilis remaneat cum Episcopo & lege dioecesana, vel per concurrem cumulativum, vel cum aliorum actuum distinctione, vel cum aliqua subordinatione iuxta causam

dicti textus in *cap. auditis de praescrip.* cum ibi notatis, & quales sunt illi Decani, Archidiaconi & alii, de quibus loquitur Sac. Conc. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 20.* incipien. Causae omnes, & de qua Praetorum specie agitur praesertim in adeo ventilata Benevetana Jurisdictionis inter Archiepiscopum & Archidiaconum ejusdem Ecclesiae Metropolitanae, in qua prodiit plures decisiones coram Zarata, Cerro, & aliis, & quarum una est impressa *decis. 304. p. 11. rec. & decis. 79. post controversias Contris.* & hujusmodi loca non desunt esse in dioecesi, atque licet hujusmodi Praetorum exemptio, & respectivè iurisdictione, alia plena & respectivè omnimoda esset, hodie tamen per Sac. Conc. Trid. & Apostolicas Constitutiones, ferè ad nihilum redacta est, ob jurisdictionem locorum Ordinarius delegatam in causis matrimonialibus, & criminalibus, necnon in concernentibus curam animarum, sacramentorum administrationem, collationem Ordinum, approbationem confessionarium & concionatorum, Monasteria monialium & alia, de quibus *hoc eod. tit.* in peritico controversiis habitis inter Episcopos & hujusmodi Praelatos, praesertim in Theatina, in Anglonen. in Vulturaria. & frequenter.

Tertia demum species est illorum Praetorum, qui in uno, vel pluribus locis, alias, iuxta dictam antiquam divisionem in Dioecesi, & sub Episcopo existentibus, plenam, ac omnimodam habent jurisdictionem spirituales, & quasi Episcopalem privativè ad Episcopum, mediante territorii separatione, itaut constituere dicantur novum territorium stans de per se tanquam speciem Dioecesis ejusdem Praelati, quae nullius dicitur, & isti sunt veri loci Ordinarii, atque sub Ordinariorum nomine veniunt, itaut non subiaceant illi jurisdictioni, quam ut supra Sac. Conc. Trid. & Apostolicae Constitutiones delegantur Episcopis, seu Ordinariis locorum, quia ipsi dicuntur illi Ordinarii, de quibus Concilium & Constitutiones loquuntur, etiam quoad activam jurisdictionem in dictis casibus delegatam supra Praelatos inferiores intra eorum limites existentibus, ut advertitur in Avellina apud Orthobon. *decis. 82.* & late Fagnan. *in cap. accedentibus de excess. pralat. ex num. 20. cum plur. seq.* ubi quod habent cognitionem causarum matrimonialium ac alia per Sac. Conc. Trid. Ordinarii delegata. Et fuit illi de quibus habetur in *Mutinen. disc. 16.* in *Afforcen. disc. 7.* & in *Hispalen. disc. 8.* & in aliis hoc etiam tit. frequenter, itaut exceptis iis, quae sunt ordinis Episcopalis, quorum exercitium non habent, quamvis etiam habent jurisdictionis eis comperat, in nihilo differre videntur ab Episcopis, exceptis aliquibus casibus, quos idem Sac. Conc. Trident. vel Apostolicae Constitutiones delegantur Metropolitano, seu Episcopo viciniari.

Quia vero iuxta receptissimam, ac apud Catholicos hodie indubitata opinionem, ad solum Papam pertinet, Dioeceses & territoria spiritualia constituere, unire, vel separare, *Abb. in cap. cum contris. num. 18. de suo comper. & ceteri.* apud Gratian. *disc. 212. n. 17. Buratt. decis. 912. num. 1. decis. 324. num. 2. par. 1. rec.* & in hujus causae decisionibus, praesertim prima, atque ut dictum est, ex dicta generali totius Orbis divisione omnia loca censenda sunt aliqui dioecesis & sub Episcopo. Idcirco ista territorii separati qualitas non praesumitur, sed per allegatum probanda est. Atque probatio ad duas tamen referantur species, Unam scilicet per privilegium Apostolicum clarum & expressum, vel saltem ab antiquissima pacifica observantia ita interpretatum, iuxta ea quae habentur infra in Benevetana Jurisdictionis, *disc. 12.* & alteram per immemorabilem bene probatam iuxta requisita vulgaris gloss. in *cap. 1. de praescrip. in 6.* ob ejusdem immemorabilis virtutem & operationem, quod ejus visiore allegari potest quicumque titulus de mundo melior, & sic etiam ipsumdem privilegium Apostolicum.

Cum hac tamen differentia inter unam & alteram speciem probationis, quod ubi agitur de prima per privilegium explicitum & clarum, illius exequutio, seu observantia statim admittitur. Ubi vero de altera per immemorabilem, ista exigit canonizationem per res sententias conformes, interim vero Episcopus manet in quasi possessione exercendi dictam jurisdictionem delegatam, ut plures fuisse dicuntur per Sac. Congregationem Concilii, ac etiam per Rotam, habetur in hujus causae decisionibus, & docet praxis dictae Sac. Congregationis in dictis Vulturariae & in Anglonen, ac aliis *hoc eod. tit.*

Et quamvis Rota quandoque contra Episcopos agentes ad visitationem, ac delegatam iurisdictionem adversus hujusmodi inferiores Praelatos, respondere consueverit de de-

secu probationis situationis in eorum diocesi, in qua consistit sue intentionis fundamentum, ut praesertim in Aprutina, seu nullius jurisdictionis de 16. Martii 1624. coram Dunozet. impressi. post Tamburin. de iure *Abbat. tom. 3. de p. 71. num. 5.* & habetur deductum in Aprutina, & in dicta Beneventana *hoc eod. tit. & super quo motivo, tam curiales per Magno Priore scribentes, quam foris eius consiliarii, & agentes de partibus insubstantibus; Nihilominus ut advertebatur in dictis Aprutina, & Beneventana, ac etiam in Macerata, atque in hujus causae decisionibus, ista difficultas considerabilis est, quando alter Episcopus est in causa, itaut incertum sit, in qua diocesi locus effect constituitus, unde controversia non restringatur inter solos Episcopum, & Praelatum inferiorem, sed fit inter duos Episcopos de eadem activa lege diocesana; seu delegata jurisdictione contententes; Ubi vero alter Episcopus non est in causa, tunc fundata censenda est intentio illius, a cuius diocesi controversus locus undique circumdatur, vel saltem cui pro maiori parte adiacet. Multo vero magis ubi controversia est iurata, absque eo quod alter Episcopus nunquam comparuerit, ac etiam situationis, vel exercitae jurisdictionis admi. cula concurrat; Improbabile siquidem videtur, alio Episcopo non comparere, excludere adiacentem, qui agit ex hoc solo motivo, de quo solum obijcit inferior Praelatus, cui semper replicari potest, quod cum perneceesse dare oporteat illum locum in aliqua diocesi, & sub aliquo Episcopo, idcirco quoties territorii separati coalescunt probatio non accedit, ne detur locus acephalus, si praeredit cum non esse sub Episcopo agente, ostendat sub quo sit. Ideoque reflectendo etiam ad veritatem, illa resolutio, quae capta fuit in dicta Aprutina, ut consecratur planta, eatenus sustentabilis videtur, quatenus iuxta praecedentem resolutionem anni 1663. interim Episcopus manentem in quasi possessione exercendi jurisdictionem delegatam, & non alias.*

His ita constitutis, applicando ad rem dicebam, dubitandum non videtur de probatione situationis huiusmodi Oppidorum, & locorum intra fines hujus diocesis, cum quia iuxta mappas geographicas, undique vel saltem pro maiori parte ab ea circumdata sunt, tum etiam quia durantibus huiusmodi controversiis, spatio plurium saeculorum, nunquam alter Episcopus comparuit, & claris quia ex pluribus actibus praesertim vero ex concordis inter Archiepiscopos, & Priores initis de annis 1228. 1229. 1310. & 1316. enunciatur hujus diocesis, cuius etiam situus probatur per testes, & comprobatur per plures actus jurisdictionales ac decimationes, & alia, itaut videatur casus extra omnem controversiam.

Nil refragante, quod huiusmodi loca infimul connexa, proprios habent fines, seu limites, ab aliis dictae diocesis locis distinctos, unde inferrebat ad territorium separatum; Istud siquidem est aequivoce clarum, sed commune, quod fomentum praebet omnibus huiusmodi controversiis, ut patet etiam ex Vulturarien. & Anglonen. ac pluribus similibus, de quibus eodem titulo, quoniam haec est distinctio finium temporalium, Vel ad effectum jurisdictionis secularis, Vel ad effectum saecularium aliorumque iurium civilium, atque ut unus populus ab altero distingatur. Secus autem quoad territorium spirituale, quod non regulatur a singulorum locorum finibus, sed ab illis, qui ipsi Ecclesiae Cathedrali in dicta generali divisione, seu alias per Sedem Apostolicam attributi sunt, constitutibus unum & idem territorium, sui corpus univiersale complexivum plurium Oppidorum, & locorum, nulla inter ista data finium discrezione, quamvis singula haberent ad dictos alios effectus, territorium ac finium distinctiones, in proposito nullatenus attendendos, ac si non adessent, cum de facto videamus plures dioceses complexas Oppida, & loca diversarum Provinciarum, seu diversorum Principatum saecularium. Ideoque receptissima propositio est, quod a finibus temporali non inferatur ad spirituales, vel contra, ut *de iur. 324. nu. 10. par. 1. rec.* cum aliis in hujus causae decisionibus, & in Pampilonen. decimarum de Tassalla *hoc eod. lib. sub tit. de praeminent. disc. 29.* & est res, quam indubitate docet praxis totius Orbis.

Posita situatione, resultat de consequenti, fundatam esse Archiepiscopi intentionem super lege diocesana & jurisdictione spirituali in omnes Ecclesias & personas, tam de clerico, quam de populo in eius diocesi existentibus, donec per allegantem limitationem, seu exemptionem illa probetur, ut cum copiosis allegationibus comprobatur in eisdem decisionibus, quoniam Episcopus est pastor, curam ac jurisdictionem generalem habens super omnibus deparcentibus in territo-

rio sibi commissio, quare omnis est Praelati inferioris probare limitationem, qua non probata, remanet fundata intentio habentis pro lege regulam generalem, Mantie. *decis. 251. n. 4.* cum aliis per Barbo. *axiom. 198.*

Privilegia vero, quantumvis ampla Religionis, in hoc sine dubio non suffragantur, ut de facto docet Catholicus Orbis praxis, quoniam in omnibus fere magnis Civitatibus, seu locis qualificatis, ista Religio haec Prioratus, Baniuliyatus, & Commendas, & tamen Priores, Baniulivi, vel Commendatarii vel non ingerunt nisi cum ipsius Religio professis, vel cum ipsorum Prioratus & Commendarum capellanis, infervientibus, & ministris saecularibus habentibus requisita saepe enunciatae Constitutionis 67. Gregorii XIII. Ex jam dicta clara ratione, adaptabili etiam omnibus aliis Praelatis inferioribus Regularibus, vel Saecularibus, iuxta primam speciem ut supra exemplificatus, quod scilicet eorum territorium non protrahitur ultra clausura, seu ambitum ipsius Monasterii, vel Commende, ubi ob privilegium amplitudinem datur quandoque quadam impropria territorii separatio & qualitas nullius secundum quod, non obstantes, quod locus effect undique circumdatus a territorio Episcopi ex firmatis in Montis Cassini. jurisdictionis coram Bichio *decis. 373. p. 1. rec.* ac habetur in Laurentana, *disc. 33.* & in aliis *hoc eod. tit. Sed punctus est in reliquo territorio, in quo vivit clerus & populus saecularis, quoniam illud non est huiusmodi Praelati habentis fines, ut supra restrictos intra clausura, sed est Episcopi, qui proinde est legitimus pastor omnium in suo territorio existentium.*

Jurisdictio autem, quae ex dictis, vel similibus privilegiis, quamvis ampla, atque vero, pleneque iure ordinario huiusmodi inferioribus Praelatis extra clausura, seu proprium ambitum per privilegia Apostolica competit, est in personas, ratione certe qualitates, ad quam jurisdictionis limitata est, non autem in territorio ac illius ratione, atque in hoc est punctus inevitabilis, per quem de plano tolluntur omnia fundamenta huiusmodi inferiorum Praelatorum ratione privilegiorum generalium, seu etiam particularium exemptionum, quoniam aliud est exemptio alienius loci, vel aliquarum personarum ratione certa qualitates a jurisdictione passiva, aliud est obtinere jurisdictionem activam in territorio non suo, & in clerum, & populum saecularem sibi non commissum.

In primo hujus causae congressu, in quo ut supra, seniores. Me tunc juniore in voto singulari remanente, concluserunt privilegia Religionis suffragari, etiam quoad hanc jurisdictionem activam in territorio ac populo, sed fundabant in eo, quod praemissa procederet in Prioratibus & Commendis existentibus Intus Civitates, vel alia loca alienae jurisdictionis, secus autem respectu illorum locorum, quae etiam quoad populum sunt de ipsius Prioratus, vel Commende dominio, credentes hanc esse genuinam distinctionem, Adversus autem in praedictis disputantibus reduecunt exemplum ipsius M. Magistri & Conventus Melvitanici, qui singulariter in univiersa Religione Conventus nomen habet, quoniam licet habeat dominium temporale totius insulae, sitque illius populi dominus & Princeps ex concessione Regis Catholici tanquam Regis Sicilliae, iuxta ea quae habentur in Melvitanica electionis fori. *hoc eod. tit. disc. 69.* Nihilominus jurisdictione spirituali cum lege diocesana pertinet ad Episcopum, cui clerus & populus in hoc subest, non autem M. Magistro habentis solum jurisdictionem spirituales in personas, ipsius scilicet Religionis professore vel ministros.

Verum non minus frigida erat propositio, quam responsio, quamvis illa tunc magnum plausum haberet, ac etiam deducita sit in prima decisione, pro meo tamen iudicio potius negligenda. Nil enim valebat propositio, ex jam dicta ratione, quod a dominio temporali inferri non potest ad spirituale, quodque in spiritualibus jurisdictione commissa huiusmodi Praelatis, qui etiam veri Ordinarii censentur, vel Ecclesiae, extra quem locum dicitur in personas sine territorio, ex sola ratione certa qualitates; Minusque valebat responsio propositis inadaptilis ex facto, cum carentia jurisdictionis spiritualis in M. Magistro proveniat ex natura concessionis ac lege in eius limite adiecta; Cum enim priusquam haec Religio amitteret insulam Rhodi, in hac insula Melvitanica, tanquam membro Regni Sicilliae adesset Episcopus, tanquam pastor illius cleri & populi, concessio vero facta esset Religioni per Regem, Sede Apostolica approbante & gra-

& gratissimum habente, non immutato statu quoad Episcopum jurisdictionem spirituale, idcirco ea praxis provenit, potius a qualitate facti, quam ab interpretatione privilegiorum, quae aliis locis normam praebet.

Considerandum etiam, scribendo tanquam Advocatus, istum casum dicti posse ab aliis diversum, quoniam constans fama est in loco, huic Prioratus per Reges concessam fuisse hanc territorii partem depopulatam ac habitatoribus desertam, paulatim tractu temporis inhabitatam ex diligentia Priorum pro tempore, & occasione culturae ipsius territorii. Unde propterea inferrebat totum istum populum dicti posse colonicum Prioratus, atque ipsa loca esse tot colonias ab ipsa Religione, seu Priore constitutas, & consequenter etiam quoad jurisdictionem spirituale in populum suffragabantur privilegia illam tribuentia respectu colonorum, pro quibus alias generaliter & indefinite competebar, cum tunc non prodesset moderna restrictio, vel moderatio iudicanda per Sac. Conc. Trident. & Constitutiones Pii V. & Gregorii XIII. super cura animarum & requisitis, de quibus infra in Faventina. *disc. 4.* Verum quodquid esset de motiva presentia in iure, illud non suffragabatur ob cessantem assistentiam facti, in quo huius praesuppositae traditionis nulla dabatur iustificatio.

Cessante autem fomento privilegiorum generalium Religionis indocentium tarum Praelaturam iuxta primam speciem in proposito non suffragantem; Quatenus pertinet ad tertiam speciem prelatam in territorio separato & qualitate nullius, deficiente probatio, cum nullum haberetur privilegium Apostolicum speciale, Immemorabilibus vero nedum probata non esset, sed profus redderet improbabile, stante diuturna plurium saeculorum lite cum tot concordis & actibus jurisdictionalibus ut supra, cum essentiali huius praescriptionis requisitum consistat in eo, quod nihil unquam visum, vel auditum fuerit in contrarium supra hominum memotiam, itaut unicus actus ad eam interruptendam sufficeret, ut plene in hujus causae decisionibus, & est principium absolutum.

Insubstante valde agentes pro M. Priore in eo, quod nullum ex parte Archiepiscopi fundamentum constitutum edeset in concordis, ac actibus earum vigore gestis. stantibus amplissimis praeservatis, ut essent ferre personales, nullum firmantes statum, vel inducentes praedictum. Sed illud erat leve fundamentum, quoniam concordiae praedictae alique actus in proposito, non considerabantur ad tribuendum aliquod jus de novo Archiepiscopo, sed solum ad impediendum contrariam immemorabilem praescriptionem, & successive conservandum illud jus, quod alias ratione legis diocesanae ratio competebar; Et nihilominus ut etiam de his nulla penitus ratio hinc inde habenda esset, adhuc in ordine ad immemorabilem, inevitabile remanebat impedimentum resistentibus ab ipsa pendentibus liris in Rotae tunc ab anno 1610. quo tempore subduco altero pupillaribus etatis testium, impossibile est habere deponentes de visu figurae specificae observantia quadragenaria, cum ita oporteret habere testes supra attem annorum 115. Ideoque desperatum opus videbatur vellesubstineret hanc tertiam Praelaturae speciem.

Quare credebam, unicam hujus causae defensionem iuxta motivata ab initio, consistere in subsistenda Praelatura, juxta secundam speciem, super actibus praescriptis, iuxta terminos text. in *c. auditis. de praescript. & Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20.* Atque in hac parte, cum sensu etiam veritatis, credebam dictas resolutiones esse parum probabiles, cum in *dict. c. auditis*, ad litteram disponatur, quod si inferior Praelatus probat longo tempore jurisdictionem in loco executivae, Episcopus solum, in cuius diocesi idem locus situs est, probat interruptionem resultantem ab exercitio aliorum actuum particularium, puta circa cognitionem caularum matrimonialium, prolationem censurarum, & alia in eodem canone registrata, tunc in his pro Episcopo respondendum est, in reliquis autem generaliter pro Praelato inferiori; Ergo stant simul, locum esse intra fines diocesis, atque in eo Episcopus aliquos actus judiciales exercitae privative ad Praelatum inferiorem, & tamen dictis actibus exceptis, jurisdictionem univiersalem esse penes dictum Praelatum, cuius praescriptio interrupta non censetur per huiusmodi actus, seu exercitium.

Et quamvis in ultima decisione 27. Januarii 1662. coram Bevilacqua, in qua solum formiter de hoc puncto actum est, sequendo opinionem Hostiensis, dicitur, actus ab Archiepiscopo exercitos importare interruptionem praescriptionis in univiersum, ex regula, quod in univiersalibus, per

aliquorum actuum exercitium acquiratur, seu conservetur possessio in univiersum ratione causae univiersalis, ac etiam ex eo quod, sicut in uno, eodemque corpore citra monstruositatem duo capita dari non possunt, de qua propositione frequenter actum habetur *sub tit. de praeminentis* ad materiam cathedralitatis, ubi duo ejusdem loci Praelati dari non sunt.

Nihilominus huiusmodi fundamenta parum tuta videbantur, quoniam circa primum causae univiersalis, opinio Hostiensis utpote litera textus contraria, communiter comprobata est, nam sicuti eidem rei prohibuit esse dominium, penes duos infolidum, & tamen duo domini recte dari possunt diversis respectibus ex deductis in Tiburtina Calstrorum & in Romana, seu Status Ecclesiastici infestudationum *sub tit. de feud. disc. 61. & 62.* & alibi, ite nil prohibet, quin duo possideant eodem genus jurisdictionis divivum in specie, quia unus habeat in una specie, alter in altera, ut *dec. 310. n. 10. & 321. n. 26.* apud Posth. *de manr. & dec. 184. n. 11. par. 11. recent.* ideoque interruptio operativa est, quoad ipsos actus particulares, five quoad univiersum illius speciei, discretive ad alteram speciem, considerando ipsas species tanquam genera distincta respectu individuum, ut bene Abb. in *cod. c. auditis*, n. 15. & 33. ubi etiam Alex. de Nervo, n. 17. Idem Abb. in *c. cum olim, eod. tit. de praescript. n. 6.* ubi Felin. n. 18. & 19. & Fagnan. n. 29. & clare probat idem tex. in *dict. c. auditis*, ibi, *super jam dictis articulis*; Ideoque dicta conclusio, ut in causa univiersali, possessio aliquorum actuum profusae operativa fit in univiersum, procedit ac recipiendae est in ea specie considerata tanquam genus, seu univiersitas, secus autem quoad species diversas ut per Posth. *de manr. observ. 83. n. 137. & seq. & in proximè allegatis decisionibus.*

Proindeque totus punctus est circa compatibilitatem, vel incomparabilitatem concursus plurium ejusdem speciei seu juris possessorum, si enim urget incompatibilitas, tunc recte procedit ac recipiendae est opinio Hostiensis, quod scilicet habens juris assistentiam in causa univiersali, per aliquos actus particulariter, illam in totum conservare dicitur, atque contrariam praescriptionem interruptere. Puta quia duo eandem jurisdictionis speciem, five idem genus in univiersum infolidum habere praetendant, unum omnino privative ad alterum. Secus autem ubi in ipso genere univiersali dari potest compatibilis concursus plurium per distinctio nem specierum ut supra, five in omnibus speciebus ac univierso genere, per concursum cumulativum, ac per otandam speciem communitionis, itaut in singulis actibus potior fit conditio praevientis, ut bene Fagnan. in *dicta c. auditis*, n. 13. & *in cum sequ.* atque docet quotidiana praxis Urbis in tribunalibus Auditoris Camerae, Gubernatoris, Vicarii, & Senatoris, ac etiam respective Episcoporum & Baronum intra distinctum.

Quod manifeste comprobatur in his terminis specialibus per constitutionem Bonifacii Octavi *inc. cum persone, de priv. in sexto*, ubi clare supponitur locus intra diocesim & absque qualitate territorii separati, in quo inferior Praelatus ordinariam spirituales jurisdictionem habet, & de qua constitutio habetur actum infra in Theatina, *disc. 5.* Et clarius ex eodem Sac. Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 20.* ubi praesupponitur Archidiaconi, & Decani, & alique inferiores Praelati, Ecclesiasticam ac ordinariam jurisdictionem in univiersum habentes in locis intra diocesim existentibus, unde propterea diocesano, tanquam loci Ordinario per speciem delegationis committitur cognitio plurium caularum, criminalium scilicet, matrimonialium & similiarum, ac etiam mandatatur jurisdictione circa curam animarum, & alia, de quibus supra, Ergo compatibilis est concursus duorum Praelatorum, five Superiorum Ecclesiasticorum in eodem loco, vel diversis respectibus, vel per cumulativam ut supra.

Hinc ex defectu applicationis corrui dicta propositio, alioquin vera, super monstruositate duorum capitum in uno corpore, quoniam id recte procedit, quando duo infolidum; unus privative ad alterum, seu praetendit illius corporis caput, utpote ejusdem diocesis, seu territorii, vel cathedralis Episcopi & ipsius, cum similibus, secus autem ubi concursus fit compatibilis & subordinatus, quia nempe non controversatur Episcopus esse solum caput & Superiorem in univiersa diocesi, Praelatus autem inferior praetendat se esse membrum, cui demandate sint alique operationes, in quibus ab ipso capite impeditur, seu prohiberi non valeat, ut docet quotidiana praxis Abbatum, & Praelatorum regularium intra diocesim ac in ipsimet Civitatibus in faciem

ipforummet Episcoporum praesentium, plenam ac ordinariam jurisdictionem intra claustra & Conventum exercentium cum Religiosis, ac etiam secularibus ibi viventibus, absque eo quod eodem resultare dicatur monstrum plurimum capium in eodem corpore, quia semper solus Episcopus est caput, ista vero sunt membra, quibus haec particularis operatio demandata est, Ideoque ex eadem proportione nil prohibet, ut sicuti Abbas in Monasterio tanquam in territorio intra ejus ambitum improprie contradistincto à diocesi, seu territorio universali dictam jurisdictionem exercet, idem quoque fieri valeat per Praelatum inferiorem in certo loco, ita per suos fines discreti, & cum clero & populo ibidem vivente.

Adeoque respectum diversitas attenditur quoad dictam monstruositas exclusionem, quod etiam dari potest comparabilis concursus duorum Praelatorum ejusdem ordinis & praereminentia, quibus aequo titulo sponit, seu capitis conveniat, quod scilicet una & eadem Ecclesia Cathedralis duos eodem tempore habeat Episcopos, pro diversitate tamen Rituum, quia unus fit Episcopus Ritus latini, alter ritus Graeci, sive quod in eodem loco adfint duo Episcopi cum plenam jurisdictionem Episcopali juxta casum, de quo in Nazarena, disc. 20. ubi de casu Episcopi Fesulanus in Civitatem Florentiae cum filiabus.

Postquam igitur dicto comparabili concursu, clare fundata remanere videbatur haec jurisdictione, quam discretive ad illam Praelati tertiae speciei cum qualitate nullius, mediam dicere solemus, dum tam per testes quam per scripturas, ac per sententias Consilii Regii, ac etiam per ipsam concordiam, consistat de possessione & exercitio Ecclesiasticae ordinariae jurisdictionis in clerum & populum saeculare hujusmodi iuridici per quatuor fere saecula visitando Ecclesias, & personas, & cognoscendo omnes causarum civilium, & criminalium & mixtarum, species, adeo tenaciter, quod constabat de pluribus literis requisitorum active & passive, quia scilicet officiales Archiepiscopales in istis locis contra alios diocesanos & subditos jurisdictionem exercere, eorumque mandata exequi, requirebant Priorem, ejusque Vicarium & officiales pro imploratione brachii, Et e contra, Archiepiscopus, ejusque officiales, in vim literarum requisitorum ipsius Prioris ejusque officialium, executionem deederunt mandatis & expeditionibus contra dictorum locorum subditos in reliqua diebus existentibus super actibus, Ecclesiasticis, non autem temporalem jurisdictionem conceperunt, & haec videbatur magna probatio.

Eoque magis de plano intrate dicebam dictum compatibilium concursum, quodque per plures actus jurisdictionales ab Archiepiscopo ejusque officialibus exercitos, interruptio praescriptionis non resultaret, stante superventura jurisdictione delegata per Sac. Conc. Trid. & Apostolicas constitutiones in certis casibus ut supra, etiam in locis exemptis & sub ordinaria jurisdictione Praelatorum inferiorum, cum dicti actus ad hanc jurisdictionem speciem compatibiliter, ac citra interruptionem recte sint referibiles.

Disputatum etiam fuit ut supra in Signatura gratiae de puncto, an principalis defensus hujusmodi causa spectaret ad Priorem, vel ad ipsam Religionem, itaut acta gesta cum Priore ipsam Religionem afficiant nec ne, sed quoniam de hoc disputatum quoque fuit in Rota in Conversatione, de qua disc. 10. idcirco ad ibi deducta relatio sufficit.

Quare concludendo in summa, seu compendio istam theoriam, dicebam quod, ubi constat de vero & proprio non autem secundum quod, seu improprio, & intellectuali territorio separato cum qualitate nullius, tunc Episcopus cui tale territorium adhaeret, consideratur solum tanquam vicinior, non autem Ordinarius, sui cubus nomine, ad omnes effectus venit ipse inferior Praelatus, habens legem diocesanam in eo territorio tanquam specie diocesis stantis de per se; Ubi vero non constat de dicta qualitate, tunc dicitur Praelatus inferior in aliena diocesi, cuius Episcopus venit sub nomine ordinarii loci, tam quoad jurisdictionem à S.C. T. & Apostolicis constitutionibus delegatam, quam quoad ad alios casus Ordinarii loci incumbentes, exceptis illis qui à dicto inferiori Praelato legitime praescripti sunt; Dicta vero qualitas territorii separati non praesumitur, sed probanda est per allegantem, cum duplici specie probationis ad quod id restrictum est, Primo, scilicet per privilegium clarum, & expressum, vel saltem aptum id continere, ab observantia praefixa & longa ita interpretatum; Et secundo per immemorabilem bene probatam, quo tamen secundo casu, donec illa canonizata sit per rem judicatam, vel res conformes, interim Episcopus manutendus est in potestatem

sefforem & jurisdictione delegata per S.C.T. inconcurrentibus curam amittarum, administrationem Sacramentorum, & alia ibi praescripta; & verò ista causa mereretur pro bono publico illorum populorum ac accipere finem per aliquam honestam concordiam, cuius tractatu forte assumpto defensoris Archiepiscopi curam in causam proponi cor. Priolo, & ista parte non informante sub die 11. Januarii 1669. prodiit resolutio pro confirmatione sententiarum ex eisdem antiquis fundamentis.

S U M M A R I U M.

- 1 De iis, quae continentur ad disc. 1. ad 21.
- 2 Quomodo istae quaestiones jurisdictionales inter Ordinarios locorum, & Praelatos inferiores decideri debeant.
- 3 Ubi materia reassumatur cum casum distinctioibus.
- 4 De quaestione inter Praelatos, & subditos super modo cognoscendis causis.
- 5 De aliis quaestionibus competentiae, vel incompetentiae, seu majoris competentiae.
- 6 De statu cause contentae in disc. 1.

ANNOT. AD DISC. I. AD TOTUM XXI.

In illis omnibus discursibus agitur de illis controversiis, quae inter Episcopos, alioque locorum Ordinarios ex una & Praelatos inferiores ex altera, haberi solent super ordinaria, vel delegata jurisdictione spirituali, vel Episcopali, omnesque cadunt sub eisdem conclusionibus, ac theoricis, quae hodie videntur firmas, ac receptas, addebunt forenses controversiae verè facti potius & applicationis, quam juris dicendae veniant; Atque hinc sequitur, ut ista materia incapax censenda sit aliquarum regularum generalium, quae indefinite quibuscumque casibus applicari valeant, quoniam eisdem regulis, hodie firmis, in abstracto praecognitis, ac praesuppositis, adhuc tamen tota vis consistit in eorum congrua applicatione ad singulos controversiarum casus, juxta eorum individuas circumstantias, ad quas propterea principaliter est referendum; Idque omnibus specie fori quaestionibus, tam spiritualibus, quam profanis in quacumque materia commune videtur.

Hinc proinde sequitur, ut semper magis, ac magis erroneus debeat, atque de incepta manifestè conyincatur error eorum, qui cum generalitatibus, vel cum imani autoritarum cumulo, sub caeca fide, in omni casu ad licitam indefinitè procedunt, non distinguendo, (ut nostri dicunt) lepram à lepra, sive triticum ab hordeo, (ac nostri dicunt) frugibus, sed omnia indiget in eorum horreo reperitorum confaricando, atque exinde, cum eadem confusione, extrahendo, ac moliendo, malum panem ita conficiunt; Etenim iste error, quo nullus major, & clarior, & tamen mundus adeo cretus effectus est, ut id non videat, neque agnoscat, & respiciat, sed potius leguleici vulgi plangulum habeat.

Quia verò occasione consimilium quaestionum, quas post hujus libri editionem disputare occasio dedit, eadem regulas, vel theoricis, atque modum eas applicandi reassumere oportuit; Praesertim verò id contingit in Bar. Jurisdictionis, de qua infra, disc. 1. hujus Libri, & qui continuando ordinem antiquum est disc. 96. & in alio sequenti in Beneventana; Hinc proinde ad illos per his omnibus relatio suscipere debet, Ac propterea in priorum singulis, adnotatur solum causarum status, & an hoc medio tempore aliquam notabilem receperit alterationem.

Idemque contingit in contentis, disc. 22. & 23. in quorum casu quaestio non est cum altero Praelato contentendae de activa jurisdictione in loco, vel in personis, aut causis private ad Diocesanum, vel etiam cumulative, cum iure praerogationis, aut distributivè, sed est cum ipsismet subditis contentendibus cum Episcopo, vel cum alio, quem non controversatur esse eorum Diocesanum, & Ordinarium, de modo, vel de loco exercendi cum eis illam quam habent jurisdictionem, & potestatem, quia nempe praetendunt, ut nominis in loco iudicari debeant, neque extraproptios lares trahi possint, dum super isto etiam controversiarum casu, aliquid eodem disc. 96. insinuat, ideoque ad illum, etiam pro hujusmodi quaestionibus relatio sufficere debet.

Reliqui verò discursus concernunt potius quaestiones competentiae, vel incompetentiae fori in causis particularibus, inter eos, qui in suis respectivè generibus sint generaliter Judices, & Magistratus; Cuius autem quaestio, an ratione personae, vel bonorum, seu ex alio accidenti dici valeant competentes, ut in illis contingit contententibus, quae

quae inter Ecclesiasticum, & saecularem forum haberi solent, sive inter iudices ordinarios, & alios ad certum causarum genus deputatos; Vel posita in utroque Judice, seu Magistratu competenti, quaestio fit majoris, vel minoris competentiae, quodque una vincat, vel suffocet alteram; Verum super his, ac similibus quaestionibus certa generales statui non possunt regule, quibus quocumque casibus applicabiles, cum à singulorum casuum particularibus circumstantiis, magis verò à Principatum, seu Tribunalium stylis, ac praxi longè diversam decisionem expectent; Ac propterea idem intrat postea damnabilis error cum generalitatibus procedere, atque de istis agitur etiam infra, disc. 57. & seqq.

His itaque generaliter praenotatis, quatenus ad singularem causarum statum pertinet; Causa Toletana, de qua disc. 1. (quod sciam) aliam prosecutionem non habuit in Curia, sed concessis solitis executorialibus, punctus est in executione, seu modo praecipiendi, ob qualitatem personae, quae possidet Prioratum, aliaque circumstantias.

In hac causa emanarunt sequentes decisiones, quae non sunt impressae inter reventorias, ideo hoc loco eas posuimus.

R. P. D. PAULUTIO.

Toletana Jurisdictionis super Attentatis,

Veneris 4. Maji 1685.

Controversis tempore pervento exortis, ac agitatis inter Archiepiscopatum Toletanum, & magnum Priorem Castellae, & Legionis S. Religionis Hierosolymitanae super Jurisdictione in dicto Magno Prioratu exercenda successivè temporibus acriter fuit discipatum in Rota, quae post res conformes, Executoriales relaxavit favore Dignitatis Archiepiscopalis, & tandem declaratoria contra tenentes parere, & praecipue contra Magnum Priorem tempore sex mensium fuisset gradus sublimitatem ad parendum concessio, sed cum ipse promptam exhibuisset obedientiam, nec impedimentum executioni Rotalium sententiarum se allaturum promississet, illico Vicarius ab Emin. Archiepiscopo moderno deputatus unà cum Martino Bonilla Executor electo post Gabriele Martinez, qui exercitium commissionis dimiserat ad loca Prioratus accessit, plures actus jurisdictionales successivè gerendo, quibus opposito attentatum vitio pro illorum revocatione institutum fuit. Quapropter subscripto dubio, An consuet. de Attentatis hinc inde, cui posita super dicta fuere verba, seu potius de excessibus, illoque hodie proposito, excessibus particulari discussione reservatis, quoad Attentata DD. negativum dedere responsum, hortando scribentes, ut impofterum à directis abstinerent.

Multa Attentatorum capita protrahere examinanda scribentes pro Magno Priore, quae omnia via sunt non subsistere.

Non primum deductum ab invocatione auxilii Regii adepta possessione, illius exercitio, ac illis actibus gestis pendente termino sex mensium per iteram Rot. ad parendum assignato, quo durante nihil erat innovandum, & significante de appell. quia hujusmodi terminus non ad protrahendam executionem, sed in honorem Magni Prioris ex quadam urbanitate concessus, ut innotuit Rota in dec. super declaratoria die 29. Aprilis 1682. coram me, nor. erat ante dictam executionem explendus, cum Magnus Prior statim paruerit per verbalem declarationem, quae in jurisdictionalibus effectivam partitionem praesertit. Rota dec. 227. n. 1. & 2. par. 10. dec. 12. n. 6. par. 11. rec. cor. Priolo dec. 97. n. 3. & dec. 227. n. 4. Em. de Luca de Judic. disc. 40. n. 103. ver. majores, & in tantum competitivè dilatio ad impedienda noviter gesta, in quantum Magnus Prior parere recusasset; Imò per partitionem consensu semel praestito, amplius non remansit penitentiae locus, itaut data etiam veritate supervenientis contradiditio, potuerit impediri executorialium effectus, Barbof. qui duas Rotaes decisiones refert post tract. de pens. lib. 2. voi. 29. n. 4. Rot. dec. 515. n. 33. ubi eq. ad 40. par. 5. rec. Nec subordinati Ministri legitimum praebere potuerunt impedimentum, quia de eorum interesse non agebatur, stante partitione Superioris, sed praecipue, quia intimationis executorialium alias ibi ipsius facta responderent se non esse partem, unde per parte reputari modo minimè debent, ad tradita per Gloss. in c. Licet, verb. quamvis de procur. in 6. lib. 2. voi. 4. Gratian. disc. 92. n. 32. & congruit Uberr. de citat. c. 13. n. 530. & c. 14. n. 507.

Non alteram, quod stante reculatione Martinez non potuerit in ejus locum subrogari Bonilla jurisdictionem non exercens, quia cum ageretur de executorialibus, optimè potuit Bonilla absque vitio Attentatorum se intronittere, licet

Card. de Luca, Lib. III.

fuisse simplex Clericus, cum tamen Apostolicus Prothonotarius existeret, Rota cor. Buratto, dec. 166. n. 2. & cor. Bich. dec. 78. n. 5.

Hinc transeundo ad tertium Attentatorum caput promanans ab allegatione suspecti quilibet Bonillae, illius delictum irrelevantia, ponderando Bonillam non fuisse executorem mixtum, in quibus terminis procedunt contraria, sed metum, qui tanquam nudus Minister fuit iudicatus, & ad text. in l. executorum, ibique Baldus, Casti. Salyet. C. de execut. in l. jud. Rot. dec. 554. n. 15. par. 18. rom. 2. rec. nec potuit recitari, nec ab eo appellari, Dec. in c. novis. n. 17. 18. de jud. Franc. in fragm. par. 2. verbo Index, n. 728. vers. non tamen, & Scaccia de appell. q. 17. limit. 10. n. 4. & seqq.

Non quartum subsistit attentatum ob non desistentiam post Ministrorum oppositiones etiam nomine Religionis factas; Etenim praeterquamquod actus, qui praetenduntur attentati, potius gestis fuerunt à Vicario, quam ab executore, forte desisteret tenebatur Executor si legitimum partem opponentem videret, casus vester inducere Ministri non potuerunt, stante praecedenti declaratione nullius ipsorum interesse, & Magni Prioris verbalis, ac explicita partitione.

Nec legitimum contradictor ad effectum, de quo agebatur reputari poterat ipsa Religio; data enim portione Magni Prioris, ad quem Prioratus spectabat defensio, nil ulterius erat inquirendum; Gloss. ad leg. de iniquo, in verbo quos causas, ff. de re judic. Rota dec. 115. n. 27. par. 14. rec. Em. de Luca de Juris. disc. 13. n. 8. & disc. 22. num. 2. cum seqq. prout in Beneficialibus controversiis, & in illis, quae contra Monasteria diriguntur Beneficiati, & Monasteria non Episcopi, & Generales conveniunt, & in terminis Magni Magistri Meliten. dixit Em. de Luca, de Jud. disc. 9. n. 38. & firmatur in dec. 29. Aprilis 1682. §. Tum demum, cum seqq. coram me.

Quoad autem fuerit invocata assistentia Regis, non contentum ad attentata, unde eliditur quantum caput; Sicut enim damnatus est recitatus ad Licos tanquam Judices, & Superiores, ita nullibi veritatem reperitur illorum invocare auxilium pro executione sententiarum, ut ipsam Rotam in executorialibus expulsi, & hoc praecipue inter media, quibus utitur Ecclesia, Em. de Luca de Jud. disc. 19. num. 17. & 18. in Missell. lib. 14. disc. 17. n. 10. & seqq. Rota postea, vol. conf. Farinac. dec. 212. n. 9. cum seqq. & cor. Bich. dec. 282. num. 5.

Quibus omnibus sublatiis corruit sextum desumptum à non facta intimatione Executorialium S. Religionis, quae non erat necessaria; Sufficit enim illas intimasse Priori, cuius factum attendi debet, & ad quem spectabat legitima defensio, ut supra firmatum fuit, §. Nec legitimus.

Sed quatenus etiam non ita de plano objecta tollerentur attentata, & apprehensa jurisdictionalis possessio quoquo modo claudicaret, quia tamen Eminentiss. Archiepiscopo assistit res iudicata producus jus clarum, & notorium, Eminentiss. Cerro, dec. 91. n. 2. & non agitur de executione obliqua captionis pignorum, sed de directa ademptione Ecclesiasticae Jurisdictionis in vim rei iudicatae, non admitti debent attentatorum exceptiones, nec gesta etiam minus legitime revocari, Rot. cor. Dunoj. jun. dec. 745. n. 17. in rec. dec. 295. n. 6. ver. praeterea, cum seqq. par. 9. & dec. 91. per tot. coram Eminentiss. Cerro, quia summa ratione super amplectuntur Tribunalia ad evitandos circuitus; videtur enim absurdum hodie revocare quod casu denuò fieri deberet magno cum dispendio, discrimine, ac resententia, ut ratocinatur Rota coram Buratto, dec. 77. n. 4. 295. n. 7. cum seqq. par. 9. rec. & coram Eminentiss. Cerro dec. 91. num. 12.

Et ita particulari discussione, ut supra reservatis excessibus hinc inde praesentis solum pro nunc quoad attentata resolutum fuit utraque parte informante, &c.

R. P. D. URSINO.

Toletana Jurisdictionis super Attentatis.

Mercurii 16. Januarii 1686.

Sext Attentatorum genera, quae ab Excellentissimo Magno Priore Castellae, & Legionis Sacrae Hierosolymitanae Religionis objiciebantur Eminentiss. Archiepiscopo Toletano, ejusque Ministris, rejecta, & improbatæ fuerunt à Rota coram bon. mem. Paulutio sub die 4. Maji anni proxime antecedentis ex solidissimis rationibus, & fundamentis deductis in decisione ab eo desuper extensa, de cuius viribus cum Ego in dicti R. P. D. Paulutio vicem susceptus in hodiernis

A 4 na

na has audientia dubitaverim, responsum pro confirmatio-

re ex dictis actibus successivè addebantur. Non quidem prima, quod Magnus Prior in prima parte responsionis verba superius relata protulerit, non quidem parandi gratia, sed ex causa simplicis ceremonialium reverentie, utque obediret dispositioni legum Hispaniarum, de quibus in eodem Summario n. 17. Etenim vis hujus illationis ex dispositione legis illius Regni deducta statim eliditur ex lectura ipsiusmet legis, quae cum sit Regia, & loquatur de episcopis, seu aliis provisionibus Regiis per inopportunam petitionem aliorum contra ipsos forsan obtentis, nihil habet commune cum literis Apollolicis, & cum Executorialibus Sac. Rot. quae à Magno Priore acceptae fuerunt cum verbis undique claris praefertentibus nequam ceremoniale reverentiam, sed etiam effectivam, & realem parandi voluntatem, qualis de iure debetur literis Apollolicis, Curiaeque Romanae tam ex dispositione Sacrorum Canonum, quam legum Imperialium.

Non altera, quod praesens paritio, quatenus etiam ex dictis verbis eliciatur, debet referri ad solum Magnum Priorem uti privatum, quodque sit per verba illa personalia quantum in se est sponderit paritionem ex propria duntaxat persona, quae executoriales, & declaratoriae intimatae respiciunt Dignitatem Prioralem, non autem personam Magni Prioris, adeoque fit ad limites requisitionis, seu propositionis interpretari de iure debet qualiter responso, & non alias secundum textum in cap. Praeterea, in fine de iustitia stipulari. l. Tria, §. 1. ff. de verbor. obligat. Jason. in l. si stipulari. §. Grogogonus, n. 64. ff. eod. & Rota dec. 1791. n. 27. cor. Coccino, & dec. 217. n. 5. cor. Celsi, & dec. 87. n. 14. par. 15. rec. Jam patet quod Magnus Prior in dd. Executorialibus damnatus nomine Dignitatis per verba illa quantum in se est plenarium sponderit paritionem non ex propria persona, sed uti Prior, ut in casu ferè simili alias Rota firmavit in dicta dec. 1093. n. 2. vers. In casu coram Coccino.

Sublato itaque ex his primo genere attentatorum, facilius tollitur etiam secundum praetentum ex eo, quod in Executore electus fuerit Bonilla, qui cum non haberet jurisdictionem ordinariam in partibus, non potuit sine vitio attentatorum ad executionem literarum procedere, iuxta firmata per Rotam in dec. 9. n. 1. & segg. par. 12. recent. Tum quia ex veteri Summario Magni Prioris n. 7. in princip. & n. 8. lit. A. 17. 19. 20. & 21. Convinctur eundem Bonillam fuisse unum ex ordinariis Iudicibus Nunciaturae Hispaniarum, & Protonotarium deservit Apollolicum. Tum magis, quia literae Executoriales Rotaales non leguntur directae specialiter, & ordinariam jurisdictionem exercentibus, ut erat in casu dictae decisionis 9. par. 12. recent. sed simpliciter etiam Clericis, ut legitur in hodierno Summario Archiepiscopi, n. unico lit. A. si que re de ille exequi poterat à quolibet Clerico absque attentatorum timore, ut probant auctoritates cumulate in prioribus decisionibus hujus causae, §. Non alteram cor. am. bon. memor. Paulutio.

Ejusdem pariter generis videbatur tertium attentatum deductum ex iterata recusatone Bonillae Executoris uti suspecti, neque ex appellatione interposita ab ulteriori Processu. Etenim Domini inherentes oppositae distinctioni, de qua in decisione, quae confirmatur, addebant concludenter obiectum procedere si Bonilla fuisset Executor mixtus. An non ita ubi Judex exequens est semper merus, qualis in presenti pariter idem Bonilla, qui cum haberet nudi tantum facti ministerium, tamen ille possessionem sua possessionem privaverit uti Executori rei iudicatae obtente contra ipsummet possessionem, non tamen effectus fuit mixtus, cum privato possessionis in proposito non ipsi Executori, sed Sacrae Rotae committenti, & mandanti veniat tribuenda, ad literarum tex. in l. exequatorem. C. de execut. rei iud. cum concord. per Uberr. de citat. c. 8. ex n. 327. cum segg. & Grassi. controv. forens. 12. n. 61. Idemque uti talis non potuit suspectus allegari, neque potuit ab eo appellatio interponi, iuxta firmata in §. Hinc transeundo praeterite decisionis.

Præterquamquod hujusmodi obiectum ex alio etiam capite funditus removeretur ex eo nempe, quod data fuisset paritione ex parte Magni Prioris recusatō, & allegatio in suspectum Judicis executorialis noscitur non rite, ac rectè facta ab ejus Ministris subordinatis neque ex propria eorumdem persona, neque uti Procuratores ipsius Magni Prioris. Non quidem ex propria persona, tum quia de eorum interesse non agebatur, itante paritione Superioris. Tum magis quia iidem Officiales alias intimati in actu presentationis litterarum executorialium responderunt, & declaraverunt se non esse Partem, adeoque pro legitimis Contradictoribus reputari modo non debent, ut pluribus allegatis probat decisio, quae confirmatur in §. Non primum, in fine.

Multoque minus uti Procuratores Magni Prioris, quoniam mandatum procurae, quod supponitur datum ad contradicendum, emanavit de mense Decembris anni 1682. sicque post apprehensam possessionem, seu post jam ceptam executionem, de quo tempore amplius locus non erat allegationis suspecti.

Ex quibus etiam inane detegitur quartum attentatorum genus promanans ex eo, quod exequitor adinventum contradicendum Officialium, & Ministrorum Magni Prioris non deliterit ab ulteriori Processu, literas executoriales non reproduxerit, neque Partes remisit ad Sac. Rotam, ad hoc ut illa cognosceret. An oppositio esset justa, vel potius injurta; & deinde servatis solitis quatuor terminis concederet post declaratoriam, Aggravatoriam, & postea Regravoratoriam, & ultimo loco literas requisitorias pro brachio seculari, iuxta praecum, quom tradunt Vestr. lib. 9. cap. ult. sub n. 19. Rota in dec. 338. per tot. coram Duno. Sen. & coram Jun. decif. 341. nu. 1. & segg. & dec. 203. & 289. utrobique n. 3. part. 15. rec.

Siquidem posita verbali paritione Magni Prioris Judex quidem non tenebatur attendere oppositiones, & contradicentibus subortas, neque literas executoriales reproducere. Tum quia oppositio ex jam dictis non erat legitima Contradictoria; Tum etiam quia in casu proposito servatis quatuor terminis prolixa declaratoria, in qua omnes admissum causae contradicenti, quae successivè à Ministris Magni Prioris executioni litterarum executorialium in partibus obiecta fuerat, jam praecedenter extiterat examinata, & rejecta in Rota, ut in dec. eadem super declaratoria coram bon. mem. Paulutio sub die 29. Aprilis 1682. & postea super veniente declaratio Magni Prioris, continens quod quantum in se erat, volebat obedire mandatis Rotalibus; sicque cum exequuto post prolatam declaratoriam, & dispenditas, rejectaque contradicenti causas obpositas poterit absque praemissis ulterioribus remediis, opus de jure non fuit litterarum reproductione, neque Aggravatoria, five Regravoratoria, & contraria, ut supra firmata procedunt, vel quia Magnus Prior in contumacia perseverasset, vel ubi discussio non esset causa contradicendi, neque concessa declaratoria, ut bene deducitur ex traditis per Felin. in cap. ad probandum, n. 6. de sent. & re judic. Barbol. vot. 8. n. 5. lib. 1. Polh. de manut. ab erro. 103. n. 23. Rota decif. 283. n. 2. in mcd. post secunda in vol. consil. Farinac. & coram Peuting. dec. 168. n. 1. & segg. cum aliis per Adden. ad Pamphil. decif. 125. n. 5.

Neque plus etiam valet quantum caput attentatorum consistens in invocatione brachii secularis, & in recurfu habito ad Judices laicos, quandoquidem cum dicta Regia assistentia implorata non fuerit tanquam à Judice superiore, neque ad effectum impediendi executionem sententiarum Rotalium, sed tanquam à privata persona juvate tamen potente, & ad effectum tuendi, & coadjuvandi executionem praetam, redargui illa non potest uti illicita, minimeque uti attentata, ut praeter relatos in decisione hujus causae, §. Quod autem docent. Oliver. de for. Eccles. part. 2. qu. 24. & plenè Frass. de Patronat. Reg. Cor. c. 39. peator. ubi innumeris Concordantes.

Superest denique examinandum sextum caput attentatorum, quod per parte Magni prioris deducitur ex non facta intimatione literarum executorialium Sacrae Religionis, ejusque Magno Magistro in tertia instantia ad causam admisso, ad quem controversa jurisdictione primario, & principaliter spectat. Illudque plenè rursus discussum, & principaliter spectat. Illudque plenè rursus discussum, & principaliter spectat. Illudque plenè rursus discussum, & principaliter spectat.

Vel in omnem casum iustam praebet causam excusandi praefatos actus sic gestos à vitio attentatorum, ad quod evitandum nedum superabundat, Quod S. Rota articulum ita decidit, sed fat etiam esset quod de ea dubitaverit, ut fitumatum fuit in Romana Penfionis 6. Martii 1648. §. fin. cor. Illultris. D. meo Praeside Gratenat.

Ex his itaque sublata clarissime remanent cuncta attentatorum capita per parte Magni Prioris proposita, quae ubi etiam aliquam patere dubietatem, adhuc apprehensa jurisdictionalis possessio non deberet uti attentata nunc revocari. Cum enim dicta exequutio non sit obliqua neque constans in captione pignoris, sed fit merè directè consistens in apprehensione quasi possessionis exercenti Ecclesiasticam jurisdictionem, istaque procedat à re iudicata, quae facit rem claram, & manifestam, quatenus citat fit minus legitime facta, & evitandos tamen inanes circuitus non debet utique revocari, dum statim revocata deberet postea iterum concedi cum maximo partium dispensatione, aliter minime, ac resistenter, ut summa cum aequitate hanc sententiam amplecti est alias Rota in decif. 745. n. 17. coram Duno. Jun. & in decif. 91. per tot. coram Eminentiissimo Cerro in aliis approbative relatis in prioribus decisionibus hujus causae in §. fin. Cum qua in reliquis Domini pertransierunt utaque, &c.

R. P. D. URSINO. Toletana Jurisdictionis super Excessibus. Mercurii 16. Januarii 1686.

Occasione executionis rei iudicatae, seu litterarum executorialium Rotalium suborta in Partibus gravi contentione inter Eminentiissimum Archiepiscopum Toletanum ex una, & Excellentissimum Magnum Priorem Castellae, & Legionis Sac. Religionis Hierosolymitaneae ex altera, super nonnullis attentatis, nec non super quampluribus excessibus, qui, hinc inde afferbantur commissi, eaque ad Curiam delata, & Sacrae Rotae Judici proposita fuit dubio adaequato, ista fuit die 4. Maji anni praeteriti cor. bon. mem. Paulutio respondit non constare de attentatis, quo verò ad excessus distulit resolutionem, & in junctis, ut de eis particulariter videretur. Quomobrem subrogatus in locum dicti R. P. D. Paulutio (hoc interim defuncti) una cum dubio attentatorum jam resoluta, & hodie rursus discussa, examinanda ad partes esse propositi controversiam super dd. Excessibus particulari disputatione rursus reservatis. Et Domini, Excessus ipsos de Partium consensu ad tres tamen in hac causae propositione relingentes, nimirum ad executionem rei iudicatae ab Executore extensam ad Ecclesias, Heredes, Hospitalia, aliaque Beneficia Regularia cum cura, vel sine existentia in utroque Magno Priore, Secundo ad executionem Decimarum ex Bonis propriis Sacrae Religionis decimare insolitis. Et tertio ad remotionem Tribunalis, & Vicarii Generalis per parte D. Magni Prioris ad exercendam Jurisdictionem Deputati in ejus Prioratu, censuerunt hac omnia ab Excessu salvari non posse.

Cum enim in decisionibus hujus Causae la 390. & 391. in ordine impressis in part. 12. nec ad cujus normam prodierunt Sententiae Rotaes in Judicatum transactae, & deinde relaxatae litterae Executoriales Rotaes expressè praeservata fuerit Magno Priori Jurisdictio Ordinaria in Ecclesiis, Monasteria, Hospitalia, aliaque loca Regularia Prioratus, nec non in Equites familiares, Clericos inservientes, & alios intra septa Monasteriorum existentis, & è converso Eminentiissimo Archiepiscopo concessa fuerit facultas duntaxat exercendi Jurisdictionem in dd. Ecclesiis Jure delegato, ad formam Sac. Conc. Trid. in iis, quae respiciunt Curiam Animarum in Religiosis etiam exercentem, nec non in contentibus Sacramentorum administrationem, cum obligatione tamen, ut in Visitatione exprimat sed ille facere Jure delegato. Incontrovertibilis inde emanat consequentia, quod omnes actus Jurisdictionales, ab Eminentiissimo Archiepiscopo exerciti in Ecclesiis, & personis Regulares Magni Prioratus ultra facultates, & casus comprehensos in dispositione conciliari sint contra litteram, ac tenorem rei iudicatae, ejusque litterarum executorialium, & consequenter nulli, & excessivi. Atque hinc hujus generalis visa fuit prima occupatio, & possessio omnium Ecclesiarum, & Beneficiorum Regularium Magni Prioratus, quae ab executore apprehensa fuit nomine Eminentiissimi Archiepiscopi, nulla facta declaratione de ejus Jure delegato, sed de facto, ac si omnes Ecclesiae, Beneficia Archiepiscopalia in utroque Magno Prioratu liberè spectarent ad Excellentissimum Dignitatem, ut cogitatur ex Summario praeterito Magni Prioris, n. 4. & segg. & n. 20.

in n. 20. & seq. Secundo indistincta remotio, sive suspensio omnium Priorum, & Ecclesiasticorum tam Sæcularium, quam Regularium Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani habentium Beneficia tam curata, quam non curata, Capellanias, & quælibet alia Beneficia tam cum residentia, quam sine in quocumque ex d. Prioratibus, que facta probantur ad quodam Cabrexas Vicario Eminentissimi Archiepiscopi, ut in Summario, n. 22. & 24. nullo servato ordine, sive à jure communi servando adversus Beneficiatos Regulares, sive fit Jure speciali Religionis Hierosolymitane, in cujus Beneficiis Curatis opus est ex Bulla Beati Pii V. & altera Gregorii XIII. quod ordinarius exercendo Jurisdictionem delegatam in concorrentibus Curam Animarum declarat expresse se uti delegatum procedere, quodque antequam aliquid agat contra Curatos minus idoneos, moneat Superiores Religionis, illisque terminum præfigat ad providendum de Religiosis magis idoneis. Tertio pariter deputatio Oeconomorum Sæcularium ab eodem facta in d. Ecclesiis, non monito Magno Priore, & cum declaratione, quod Dominus Cardinalis Archiepiscopus est etiam quoad regulares versus Ordinarius, ut in d. Summario, n. 22. 27. & in præterito Summario ipsius Archiepiscopi, n. 20. Quarto denique ceteri actus, in quibus, vel Exequutor, vel Vicarius enunciatur omnimoda Jurisdictionem tam Ordinariam, quam Diœcesanam quoad loca Magni Prioratus spectare privatè ad Archiepiscopum, ut legitur in Excommunicatione Locumtenentis Magni Prioris, de qua in d. Summario, n. 19. in suspensio- nem, & revocatione licentiarum pro administratione Sacramentorum, ead. Summ. n. 23. & scorsim in ceteris Edictis, & actibus, que quidem expresse respectu Ecclesiarum, & personarum regularium verè importat excessum, quia quoad eas Ordinarius Toletanus non habet Jurisdictionem Ordinariam, neque Diœcesanam, sed solum delegatam, eamque tenetur exprime, ut in prædictis de hujus causis continetur.

Quibus sic positis, & in facto probatis non obstat, quod cuncta superius firmata procedant cum supposito, quod Ecclesie Magni Prioratus sint Regulares, & tamen de tali regularitate non doceatur, sed potius in contrarium consistit de earum secularitate ex præsumptione Juris juxta quam omnes Ecclesie existentes in sæculari Diœcesi Toletana potius seculares, quam regulares censentur, per text. in cap. cum Beneficio 10. de Præbend. in 6. ubi Barbo. sub n. 14. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 6. num. 11. & 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. 2107. & n. 1. & seq. & Rota in specie firmavit, in decis. 68. n. 1. & 2. coram Mantico. & in decis. 433. ex numer. 10. & seq. coram Bicho.

Etenim Partes prætermissa pro tunc inspectione an, & quantum Ecclesie dicti Magni Prioratus sint Regulares, & que Sæculares putantur ad resolutionem dubii præsentis sat esse, quod constat, quod in dicto Magno Prioratu alique ex d. Ecclesiis sint Regulares, quodque dubium fuerit, quantum essent Ecclesie, & Beneficia Sæcularia spectantia, quoad Jurisdictionem Ordinariam Eminentissimi Archiepiscopi, & quantum regularia, & subiecta Magno Priori, & Sac. Religionis. Hoc enim casu pro parte Sac. Religionis Magni Prioris, & omnium Inferiorum fuerit re integra oppositum protestatum, & appellatum coram Judice Exequutore, & Vicario Archiepiscopi, quod super d. Ecclesiis, utpotè Regularibus non competat eidem Eminentissimo Archiepiscopo ordinaria Jurisdictio, quæ tantè tali indubitato sine vitio excessus ad ulteriorem executionem procedere, minimeque ex vaga, & generali Juris præsumptione, quod omnes Ecclesie sint Sæculares, exercere Jurisdictionem ad libitum in omnes Ecclesias, & signanter in illas, que de tempore executionis reperiebantur in statu, & quasi possessione regularitatis, sed in re adeo probabili, & verisimili debebant remittere partes ad Rotæ Judicium, quod cum prætermiserint, & ad actus superius enumeratos devenerint, dicuntur sane excessisse, & nulliter processisse, ut alias firmavit in decis. 342. n. 1. part. 4. tom. 1. & in dec. 241. num. 4. & 5. part. 10. & in decis. 298. nu. 3. part. 18. recent. & in dec. 462. num. 17. coram Bichio.

Quod autem in Magno Prioratu adsint nonnullæ Ecclesie Regulares, vel saltem dubium fuerit, quod alique possent adesse, aperte convinci poterat ex visceribus ipsius Rei Judicæ. Cum enim in omnibus decisionibus hujus causæ, ad quarum normam subsequuta fuerit dicta res Judicata præsupponantur adesse in hoc Prioratu Ecclesie Regulares, & super illis concedatur Jurisdictio ordinaria Magno Priori, & delegata Eminentissimi Archiepiscopo in actu Visitationis, &

in concorrentibus curam Animarum dumtaxat, quinimo in d. decisionibus eidem Magno Priori detur manutentio in quasi possessione exercendi Jurisdictionem Ordinariam in Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalia, aliaque loca Regularia Prioratus Castellæ, & Legionis, atenta quidem quasi possessione, que fuit tunc concludenter probata ex actibus positivis per Vicarios ad eo deputatos gestis continenter Visitationes Ecclesiarum Regularium, ut habetur dec. 390. n. 12. part. 13. rec.

Jam patet in dicto Magno Prioratu aliqua adesse loca Regularia, illaque fuisse in prædictis decisionibus, & rejudicata Canonizata pro Regularibus, attentis præsertim Visitationibus Regularium Superiorum, ex quibus non levis re-emergat excessus in executione, ad tradita per Felin. cap. causam il. n. 6. de testib. Dec. cons. 96. n. 2. & optime Rot. dec. 224. n. 10. coram Carillo.

Tum ex concessione Eminentissimi Archiepiscopi, ejusque Ministrorum, que data fuit in Summario veteri, n. 36. quippe cum præterea dicitur Magno Prior habere Jurisdictionem ordinariam in toto Prioratu, & in omnibusque Ecclesiis, Idque inter cetera probare intendere ex visitationibus jam dictis per cum factis in pluribus Ecclesiis dicti Prioratus, pro parte Eminentissimi Archiepiscopi ad evitandam difficultatem Juris expiendone allegatum, Ecclesias, quas Magno Prior visitavit, esse Regulares, & consequenter negavit, quoad alias illationem ex dictis visitationibus deductam. Ideoque quod semel placuit modo displicere non debet, ex regula text. in l. siue Cod. de actionib. & cap. quod mel. de regul. jur. in 6. Maxime cum id fuerit, & pro constanti supposito coram Pirovano de anno 1614. ut liquet, ex decis. 498. num. 5. part. 5. rec.

Tum denique ex quampluribus Bullis Summorum Pontificum, & Regis concessionibus, aliisque legalibus documentis exhibitis in Summario Magni Prioris tam veteri, quam hodierno. Que omnia simul juncta, ut pat. est, & ad invicem se consentanea, bene quidem convincunt qualitatem Regularem in nonnullis Ecclesiis Magni Prioratus, & quoad eas cessare faciunt generalem Juris præsumptionem, quod pro secularitate omnium Ecclesiarum unice fuit à Scribentibus pro Eminentissimo Archiepiscopo deductum, vel in omnem casum, & regularitatem nonnullarum, seu omnium Ecclesiarum, & Beneficiorum, juxta præsentionem Magni Prioris reddunt dubiam, & adeo probabilem, ut non facta liquidatione, & descriptione earum Ecclesiarum Regularium à Sæcularibus indistincta exequio, utpote facta in rebus incertis, & nullibi antea per Superiores specificatis, seu certificatis, ab excessu in omnibus salvari non possit, Rot. dec. 224. n. 1. coram Greg. & dec. 473. n. 1. coram Scraph. cum aliis in dec. 79. n. 11. part. 19. rec.

Indeque etiam eliditur aliud obiectum ex parte Eminentissimi Archiepiscopi secundo loco propositum, quod scilicet extranea, & incongrua hic fit hujusmodi inspectio. An Ecclesie sint Regulares, vel Sæculares, & An Priores fuerint necne valide suspensi, & rite applicati Oeconomi, dum super his pendet dubium particulare subseriptum, & sine resolutione jam fædè discussum. Siquidem cum hujusmodi dubium super privatione, seu suspensione Priorum Ordinis Hierosolymitani, necnon super oppositione Oeconomi emanaverit ad instantiam eorumdem Priorum Inferiorum propter particulare interesse, quod habent in dicta privatione, & præmissis per eos amplissimis, & reiteratis protestationibus, quod per tale instantiam non intendebat præjudicare juribus Sacre Religionis, quodque eam faciabant ex mera, & urgenti necessitate, ut in Summario 1. n. 34. & 35. non impedit utique quin respectu gravioris interesse Magni Prioris, & Sacre Religionis, que in hac lite Priorum, & Parochorum fuit non immiscuit, & præcipue damnificata fuit in excessu executionis incidenter hic assumptam hæc eadem cognitio, à qua pendet resolutio præsentis dubii super excessibus, quinimo in præsentis proprie, & adequate visum fuit assumendum hujusmodi examen, dum Magnus Prior, & Sacra Religio agentes nomine proprio, ut Dominus Ecclesiarum, sive ut Prælati Parochorum, qui fuerint privati, non servatis conditionibus præscriptis in Bulla Beati Pii V. que jubet, ut Superiores Religionis debeant neri, quod deputent alios in locum inhabilium, neque facta desuper expressione juris in locum inhabilium, neque facta merito ex propria persona jus habent petendi, ut talis executio excessiva declaratur in totum, utque omnia in pristinum reponantur, secundum ea, que docent Turricell. de reb. Eccl. non alior. cap. 27. §. 2. num. 22. & seq. & Rota dec. 231. num. 8.

num. 8. coram Dunozet. Jun. & latius in dec. 252. num. 9. & seq. part. 6. rec.

Aboluto igitur primo excessu, Domini ex eodem fundamento quo supra, probatur etiam secundum, consistentem in occupatione, seu usurpatione Decimarum de bonis edictis Vicarii, exhibitis in Summario præterito, num. 24. & ex subsequuta exactione facta posthabitis appellationibus, & protestationibus ex parte Magni Prioris oppositis, ut in dicto Summario, num. 25. & seq. Cum enim in Sententia Rotalibus concedatur solum Dignitati Archiepiscopali jus exigendi Decimas à Populo laico, & ab Ecclesiis sæcularibus, nullaque in eis, neque ex literis exequutorialibus facta legatur mentio de Decimis percipiendis ex bonis Sacre Religionis, & Ecclesiarum Regularium, occupatio utique, & usurpatio dictarum Decimarum in decisionibus, & sententiis expressè non comprehensarum detegitur omnino excessiva.

Neque potest sublineri ex quo talis facultas decimandi utpote jus ordinarium veniat in consequentiam rei judicæ, quia cum in jure fit valde ambiguum, & controversum. An Equites Hierosolymitani sint exempti à Decimis, itaut affirmativam sententiam alias tenuerit Rota coram Coccin. in decis. 2221. num. 11. & 12. inter eius impressas, & negativam coram Cardinal. Corrado in Hispan. decimarum 27. Junii 1644. §. Non obstat. & coram Eminentissimo Cero in decis. 194. numer. 4. cumque successive articulis ille propter dubietatem indecitis relictus fuerit in eadem decis. 194. in fine, coram Eminentissimo Cero, utique stante hæc dubietate Exequutor, & Vicarius non poterint ad exactionem earundem Decimarum venire de facto, sed tenebantur recurrere ad Sacram Rotam, ad quam spectat decernere, utrum Decimæ sint solvendæ ex quibuslibet bonis, & utrum veniant in consequentiam rei judicæ, ut superius firmatum fuit.

Et ex his pariter Dominis constitit de tertio, & ultimo excessu quoad violentam amotionem Vicarii deputati à Magno Priore ad exercendam Jurisdictionem in literis exequutorialibus sibi reservatam, necnon quoad subsecutum excommunicationem Locumtenentis Magni Prioris per publicos Cestrones affixos Matriti, ob nominationem, seu deputationem dicti Vicarii. Siquidem cum in decisionibus, & sententiis Rotalibus, & in literis desuper exequutorialibus non continetur facultas hæc removendi Vicarium, & Tribunal Magni Prioris, quinimo cum ex illis potius contrarium elici videatur, dum ibi legitur preservata Jurisdictio Magni Prioris quoad Regulares, & loca Regularia, necnon quoad personas inhabitantes intra septa Monasteriorum, ut supra fuit dictum, excessiva utique detegitur remotio Vicarii, & Tribunalis de facto exequuta, & nulla, & invalide non solum censura promulgata, omneque alii actus Jurisdictionales exerciti ob Jurisdictionis defectum, ut probant autoritates superius relate.

Nec valent hi actus ab excessu excusari, sibi eo prætextu, quod in dictis literis exequutorialibus omnimode, & private quoad Magnum Priorem tributa fuerit Archiepiscopo Jurisdictione ordinaria Ecclesiastica; adeoque Vicarius Magni Prioris non poterit, neque debuerit Jurisdictionem sibi arrogare, multoque minus retinere Tribunal apertum, quod est locus reddende justitiæ, & exercendi Jurisdictionem, cum id ei in literis exequutorialibus non concedatur, & de jure Vicarii Priorum particularium nullam habeant facultatem erigendi Tribunal, quod solo jure ordinario de jure competit, ut post Card. in Clem. 2. §. Notorium de re judic. tradit Lancell. & Corrad. in Semp. Judic. lib. 2. c. 1. in verb. Consistorium, n. 2. fol. 138.

Etenim hæc vita non sunt adeo clara, ut aliqua discussione non indigerent, & posset exequutor ad remotionem de facto procedere, sed in contrarium urget, quod & si Eminentissimo Archiepiscopo fuerit concessa ordinaria Jurisdictione in Populum, & in Ecclesiis seculares private quoad Magnum Priorem. Ibi nihilominus, & est converso in dictis sententiis attributa fuit eadem ordinaria Jurisdictio, & spiritualis in Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalia, aliaque loca Regularia Prioratus, necnon in Equites familiares Clericos intervenientes, & alios intra Monasteriorum septa existentes, & quidem private quoad Archiepiscopum, ut habetur in decis. 380. super manutentione, num. 1. & decis. 391. num. 8. & 9. & seq. super bono jure, part. 13. recent. Que quidem concessio importare videtur, ut Magnus Prior habeat omnia jura, que habent Ordinarii, & per consequens etiam facultatem deputandi unum, vel plures Vicarios limitate tamen ad exercen-

dam Jurisdictionem in Exequutorialibus reservatam, ut inferebant Scribentes pro Magno Priore, qui competentiam hujusmodi facultatis ulterius comprobare fatigabant, tum ex Bulla san. mem. Pii IV. relate, & Canonizata in ipsis exequutorialibus; in qua datur facultas deputandi unum, vel plures Vicarios, ut in præterito Summ. numer. 33. litt. A. Tum ex antiquissima consuetudine Priorum, & Vicariorum visitandi Clericos, & Religiosos tam Ordinis S. Joannis, quam S. Petri, qui interveniunt eorum Ecclesiis Canonizata in decisionibus hujus causæ, & signanter in decis. 210. num. 15. & seq. & clarus in d. decis. 390. part. 13. Tum denique ex decem Testibus formiter examinatis de anno 1524. ut ex sententia desuper lata per Judicem Apolliticum relata in Summario impresso Archiepiscopi de anno 1661. & modo exhibitæ in Summario Magni Prioris, num. 16. in qua sic habetur: Item posse venire, sed deputare Vicarios & Judices in suis Oppidis, & locis, in quibus D. Prior S. Joannis habet, & habebit dominium ad hoc ut cognoscatur de quibuscumque causis Ecclesiasticis existentibus contra Passillos dictæ Religionis.

Ex quibus cum facultas deputandi Vicarium, & retinendi Tribunal reddatur valde probabilis, seu saltem dubia, recurrit pro excessu firmando eadem propositio superius adducta, quod scilicet in dubiis non potuit Exequutor de facto procedere, Jus partibus dicere, & præjudicium irreparabile inferre, sed stante tali probabilitate, seque dubietate debebat ab ulteriori executione abstinere, Rot. consuleres, & ab eju oraculo controversiæ decisionis exposcere, & expectare.

Et ita Partibus hinc inde scriptis informantibus, & non felè auditis resolutum fuit.

R. P. D. URSINO.
Toletana Jurisdictionis super Excessibus.
Veneris 7. Junii 1686.

Constat de Excessibus Rota censuit sub die 16. Januarii præteriti tam quoad executionem rei judicæ, que ad Ecclesiam, Eremos, Hospitalia, aliaque loca, & Beneficia Regularia cum Cura, vel sine existentia in utroque Magno Prioratu Castellæ, & Legionis, quam quoad Exactionem Decimarum, ex Bonis propriis Sacre Religionis Hierosolymitane, alisque, ut præteritur, decimati insolitis, necnon pariter quoad remotionem Tribunalis, & Vicarii Generalis pro parte Magni Prioris deputati ad exercendam Jurisdictionem in ejus Magno Prioratu, ut liquet ex decisione à me super extensa sub dicta die; Cujus rationes cum ad veritatis trutinam hodie rursus exposte fuerint, & inventæ inæquaque constantes, & graves, Dominum eam confirmant, certo tamen quoad Decimarum exactionem, adhibito moderamine mox infra exprimentur.

Siquidem pro constanti retenta in controversiabilis Juris conclusione, firmata in præcedenti decisione hujus causæ, quod scilicet in rebus incertis, & dubiis non possit Exequutor literarum Exequutorialium Rotalium Jus partibus dicere, neque ad ulteriorem executionem procedere, sed debeat Partes remittere ad S. Rotæ Judicium, & si de facto procedat, dicatur Excessus committere, & nulliter procedere, juxta autoritates relatas in §. Etenim Patres, supradictæ decisionis.

Non hæsitante hodie iterum censuerint, nullos, & excessivos primo loco fuisse omnes actus Jurisdictionales nomine Eminentissimi Archiepiscopi exercitos ab Exequutore, seu aliis in Ecclesiis, Personas, & Beneficia S. Religionis existentia intra fines utriusque Magni Prioratus, ultra casus, & facultates sibi expresse concessas in re judicata, ejusque literis Exequutorialibus. Nam cum ex quampluribus legalibus documentis exhibitis in Summario Magni Prioris, & in præsentis decisione singillarum experientis, probabilis, vel saltem dubia redderetur existentia aliquidum, seu omnium Ecclesiarum, & Beneficiorum Regularium in Magni Prioratu Exequutori, stante tali incertitudine Ecclesiarum Regularium, ac Sæcularium, & attentis præsertim protestationibus desuper nomine Magni Prioris, & respective Beneficiorum emissis, non potuit sine viro excessus de facto nancisci possessionem cunctarum Ecclesiarum, & Beneficiorum Magni Prioratus, ac stilla omnes essent Sæculares, & libere spectarent ad Dignitatem Archiepiscopalem, sed debuit Rotam consilere, ejusque onem expetere, ut latius firmatur in Decisione præterita in §. Cum enim, cum duobus sequentibus.

Vim hujus conclusionis agnoscetes Informante pro Eminentiff. D. Cardinali Portocarrero, illius veritatem in abstracto non impugnabant, sed constanter negabant applicacionem

tionem ad factum, afferentes nihil in partibus gestum fuisse circa eadem Ecclesias, & Beneficia, quod sciat usurpationem, occupationem, seu ipsolum, omnique actus jurisdictionales recentios in precedenti decisione, supponi potius, quam justificari ex Summariis M. Prioris.

Verum in fonte recognitis actibus positivis inferius notandis, siquidem infimul perpenfis, & combinatis, prout fieri debet de iure in iis, que tendunt ad eundem finem, futile, & omnino insubstantis visum fuit tale confuzium. Quandoquidem factum occupata possessionis Ecclesiarum, & Beneficiorum concludenter justificatur non solum ex pluribus protestationibus prius emissis a Vicario Generali M. Prioratus, & subsequenter repetitis ab omnibus Prioribus cum successiva notificatione, sive inhibitione facta Executori, nec accedere audeat ad apprehendam possessionem Ecclesiarum Regularium, de quibus in preterito Summar. num. 14.

Sed magis specificè quoad Ecclesias Villæ Confoctæ. Tum ex actu præordinato ad capiendam possessionem Ecclesiarum consistente in impetratione Regii Decreti, quo fuit mandatum, ut Locumtenens M. Prioris sub pœna severæ punitionis teneri faceret Portas Ecclesiarum dictæ Villæ apertas, & patentes eo modo, quo erant antequam suspicaretur apprehensio possessionis, ut constat ex veteri Summ. num. 13. ex quo actu non levis resultat probatio subiectæ apprehensio nis possessionis Ecclesiarum, ad quam ille erat præordinatus per regulam deductam ex text. in l. 1. §. 1. ff. si usufruct. petat. l. 2. §. qui habetis, de sent. Novat. quasi, forens. lib. 2. v. 59. num. 1. & seqq. & Monach. decis. Florentina 29. num. 13. Tum etiam claris ex alio subiecto Decreto Judicis Commissarii edito 26. Januarii 1683. quo mandatur, ut caperetur summaria informatio super pulsatione Campanarum, alius que læticia signis factis in adventu D. Joannis de Villavicentio Oratoris S. Religionis, ea profecto assignata ratione, quod cum consistaret tam Ecclesiasticis, quam aliis incolis, quod dicitur Eminentiſſimus Archiepiscopus Toletanus coepit possessionem Ecclesiarum dictæ Villæ, nonnulla Personæ pulsantibus Campanas etc. dabatur motum ponendi in disputatione effectus dictæ possessionis, ut habetur hodierno Summ. numer. 3. quod quidem Decretum licet per modum præsuppositionis contineret antecedenter apprehensionem possessionis, cum tamen sit iudicialis, & concernat factum proprium præcedens, istud dicitur utique superlativè probatum ex confessione propria ejusdem Executoris, qua nulla datur major probatio, ut in specie mox dicitur Dec. cons. 125. n. 1. vof. de possessio. Rot. decis. 19. de restitu. spoliat. in novis. & dec. 229. n. 2. part. 7. recent. & decis. 113. n. 1. coram Duran.

Quo vero ad Ecclesiam Parochialem Villæ de Camunnas probatur ex depositionibus juratis quatuor Testium datis in hodierno Summ. numer. 4. Sicuri etiam respectu Parochialis loci de Turleque ex Testimonio, quod rejectis protestationibus Rectoris Regularis, Judex devenit ad capiendam possessionem antedicto Summ. num. 5. Et denique quoad Beneficia, seu Capellaniam in Ecclesia Parochiali de Villa Francæ, exhibetur mandatum de immittendo Idelphonum Morales Clericum Sæcularem, concessum à Marco Cabrexas Vicario Eminentiſſimi Archiepiscopi cum successiva possessione, & cum aliis actibus ad eam tendentibus adversus S. Religionem, & Petrum Moram, y Majorja provifum Regularum, ut dicto Summ. n. 6.

Et quoniam dicta decreta, & Testimonia percutiunt Ecclesias quatuor dumtaxat Villarum, idem tamen censeri debet de omnibus aliis Ecclesiis Magnis Prioratus, stantibus actibus possessionis contra Parochos, seu Beneficiarios omnium Ecclesiarum per Vicarium Cabrexas successivè gestis, que traditionem possessionis ab ipso Executor factam, & justificam quoad Ecclesias quatuor Villarum, eodem modo quoad reliquas probant Seraph. decis. 1200. num. 1. & Duran. dec. 37. n. 2.

Actus autem possessorii quoad omnes Ecclesias, & Beneficiarios probantur ex Decreto cum Inhibitione facto à dicto Vicario sub die 13. Maji 1685. in quo sub fomento antecedentis possessionis adepte, interdixit, nec occasione vacationis Dignitatis Prioralis per obitum D. Innici de Velandia Magni Prioris, auderent Ministri Religionis, & quatuor altera Persona devenire modo alio, sunt verba præcisa, ad faciendum aliquem actum possessorium, nec ad capiendam a possessionem pro quocumque fine, nec preteritum in d. Ecclesiarum Parochialium, nec aliarum quarumcumque Prioratus suppositorum pleno Jure Dignitati Archiepiscopali, ut in dicto Summ. n. 7. Cum quo etiam Decreto concordant plura alia Edicta directa contra Beneficiarios, & Regulares Ordinis

S. Joannis, & signanter super exhibitione Titulorum, in quibus D. Archiepiscopus Toletanus constituitur verus, & legitimus Ordinarius in omnibus Ecclesiis Magni Prioratus, quibus fanè attentis tantum abest, ut dici possit nihil actum fuisse adversus Ecclesias, & Personas Regulares M. Prioratus, ut quinimo manifestè, & per confessionem Partis, que ceteris aliis probationibus prævalet, pateat adeo præcisè, Dignitatem Archiepiscopalem de Ecclesiis, & Beneficiis prædictis Jure Ordinario pro libera collatione neccam fuisse, ut nullum actum S. Religionis permittere in eis vellet.

Probato itaque ex his excessu quoad captam possessionem Ecclesiarum, necessario consequitur, quod omnia indefectua pari modo sint excessiva, atque hinc hujus generis visa sunt plura Edicta per Vicarium affixa, & horum vigore subsecuta remotiones omnium Priorum tam Sæcularium, quam etiam Regularium, & appositiones deluper Oeconomotorum, aliaque omnia gesta mero Jure ordinario in dictis Ecclesiis, & contra Personas Regulares Ordinis Sancti Joannis cum prohibitione M. Prioris, quique Ministris, ne suam Jurisdictionem ordinariam in literis Executorialibus expressè sibi præservatam exercent. Et propterea ea omnia sunt revocanda, & per viam purgationis spolii, & mantentionis reducenda veniunt ad normam rei judicatæ.

Necne horum reintegratio effugi potest in presenti Judicio sub eo fundamento, quod scilicet super remotione Priorum, & appositione Oeconomotorum pendet particulare Judicium, contradicendum ex parte Beneficiorum intentatum priori loco coram Reverendissimo Hispaniarum Nuncio, & deinde in gradu appellationis simpliciter devolutum ad Rotam ex speciali commissione Sanctissimi, adeoque gravamina ista, quatenus admittunt, sint revocanda per viam appellationis in Judicio ordinario, non autem in presenti per viam purgationis excessuum.

Etenim cum in hac eadem materia jus, & interesse Magni Prioris, & S. Religionis sit omnino divestum, & disparatum ab illo Rectorum, seu Beneficiorum ratione quæ Privilegiorum, ut offensum fuit in priori Decisione Causa hæc, in quantum concurrit jus læsum Sacre Religionis, & Magni Prioris, dicitur omnino ab illa diversa, tam ratione perionatum, quam interesse, & actionis, ac proinde nulla considerari potest connexio, que valeat præjudicium inferre eidem Sacre Religionis, & Magni Priori, quo minus jus suum independentem prosequatur per viam privilegiantium excessuum ad tradita per Lancellot. de atrem. limit. 2. n. 10. vof. si propterea, c. 12. p. 2. Add. ad Burat. dec. 644. n. 10. Rota dec. 81. n. 2. coram Merlinio cum aliis in dec. 221. n. 6. & seqq. p. 18. rec.

Multoque minus à vitio excessus excusari valent iidem actus superius adducti, ex eo quod illorum perique gesti fuerint, non à Judi. e Executoris, sed à Licentiatio Cabrexas Vicario Generali Curie Archiepiscopalis, & constanter eorum reparatio intentari debebat, ac prosequi per viam appellationis, & injustitiæ, nullo autem modo per viam excessum: siquidem cum cuncta prædicta gesta fuerint in sequam, & effectum rei judicatæ, & quod plus est ab calore literarum Executorialium Rotalium, ut clare liquet ex lectura Summarij, Clari romanæ Juris, quod quidquid præter formam decretorum Rotalium, & extra limites dd. Executorialium factum apparer, redolet formalem excessum, & innovationem, sive id fiat à Judice Executoris, sive etiam à Parte, ut de hac secunda specie ex auth. Glo. in l. 1. Divo Pio V. §. si super rebus, ff. de re judic. firmavit Rot. in dec. 78. n. 4. coram Arguelli. dec. 390. sub n. 2. coram Peuting. & in rec. dec. 233. n. 1. p. 16. ubi aliam concordant.

Hæc quoad primam speciem excessuum. Quo verbò ad secundam consistentem in Decimarum exactione DD. approbantes pariter fundamento prioris Decisionis, existimantur, hanc sine vitio excessus fieri non potuisse. Cum enim Mensa Archiepiscopalis Toletana generaliter, & indistinctè per Edicta mandaverit exigi, ac de facto per ejus Ministros exegerit Decimas ex omnibus bonis, & fructibus M. Prioratus, non exceptis nonnullis bonis Sac. Religionis, ex quibus Decimas controuertitur non deberi, minuitque aliquibus speciebus fructuum, ut asseritur decimarum insolitis, ut de his omnibus constat ex Summario Magni Prioris à n. 16. usque ad 20. dicitur fanè hanc indistinctam, & generalem Decimarum occupationem, five usurpationem fecisse præter formam rei judicatæ, ejusque literarum Executorialium, in quibus Dignitati Archiepiscopali conceditur solum jus exigendi Decimas à Populo Laico, & ab Ecclesiis sæcularibus, siquidem in hac generalitate omnino excessivè, ut firmat Decisio, que revidetur §. Absoluto autem.

Atque

Atque hinc Domini, ut in præterita, ita & in presenti reintegrandum mandatur Sac. Religionem, hoc tamen adhibito moderamine, ut scilicet Edictum generale Vicarii reformetur dumtaxat quoad Decimas exigi insolitas, & non conſuetas, quoad deluſer fil ex parte M. Prioris hujus generis Decima liquidetur perceptæ per Ministros Eminentiſſimi Archiepiscopi, sint hæc omnino restituentur in summa liquidanda.

Necne hujusmodi excessus excluditur ex duabus ponderationibus in contrarium adductis. Altera scilicet quod Reverendissimus Hispaniarum consuleret indemnitati S. Religionis, & signanter M. Prioris, decemendo, ut Decima deponerentur penes illum Domus Prædictam, Altera verò, quod hic actus sit independentis à lite super Jurisdictione, in qua emanarunt literæ Executoriales. Quoniam respectu primæ, proviſio Nunciæ Apostolicæ nil prodest circa Decimas in præteritum de facto occupatas, dum ea emanavit circa illas dumtaxat decurrit, in futurum, quarum respectu Sacre Religionis, & M. Prior non immerito fit quoque gravatos conqueruntur, stante earumdem deposito signanter sub cautione sibi merito demandato. Respectu autem secundæ recurrit responſio superius data circa primam caput Excessuum, quod scilicet cum talis innovatio, & gravamen fuerit modo illatum ultra concessam in sententiis præter formam rei judicatæ, & calore literarum executorialium, quemadmodum literaliter deprehenditur ex dicto Summario, n. 21. hæc utique sufficit, ut dicatur excessum in re in litem deducta, juxta auctoritates ut supra laudatas.

Denique hæc idem familiariter visum est censendum de remotione Tribunalis, & Vicarii deputati à M. Priore ad exercendam Jurisdictionem expressè sibi præservatam in literis Executorialibus (super qua tertia species excessuum consistit) quandoquidem hæc facultas removendi Vicarium M. Prioris non exprimitur in dictis literis, nec concessa legitur in sententiis Rotalibus, nec in Decisionibus causæ, & præcipue in dec. 390. & 391. impress. in part. 13. recentior. ubi singularis, que vigore sententiarum competet Eminentiſſimo Archiepiscopo, recentior, Cumque ex rationibus ante dictis in decisione, que confirmatur, & ex superadditis hodie in augmentum antiquorum hujusmodi Jus deputandi Vicarium, & retinendi Tribunal rediretur valde probabile, seu saltem ambiguum, non potuit utique Executor, stante hæc dubietate exinde oriente sine vitio excessus ad remotionem de facto procedere, sed tenebatur controuertisse decisionem ad Sac. Rotam remittere, & ab ea oraculum expectare juxta superius firmata.

Cætera autem, que lato calamo deducta fuerunt à scribentibus pro Eminentiſſimo Archiepiscopo uti extranea à presenti indagine, & respicientia merita causæ principalis, rejecta fuerunt ad petitorium.

Et ita partibus oratenus, & in scriptis auditis resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Toletana Jurisdictionis super Compulsoria, & Planta.

Lune 2. Decembris 1686.

Finis antiquæ controversiæ Jurisdictionalis jamdiu agitate inter Archiepiscopos Toletanos, & Magnos Prioris S. Relig. Hierosolymitanæ in Regnis Castellæ, & Legionis, principium fuit illarum plurium inter eosdem mox introductarum; siquidem occasione executionis rei judicatæ tribuentis Archiepiscopo omnimodam Jurisdictionem ordinariam, necnon jus exigendi Decimas super Ecclesiis, Clero, & Populo sæculari eorumdem Prioratus, eandemque ordinariam Jurisdictionem præservantibus favore Magnorum Priorum circa Ecclesias, & personas ad S. Religionem pertinentes tria principalia excitata fuerunt litigia, scilicet super qualitate, & pertinetia plurium Ecclesiarum super Jure exigendi Decimas, & super facultate retinendi Tribunal, & Vicarium S. Religionis pro excedenda Jurisdictione ordinaria, isti reservata, super quibus omnibus particula dubia de ordine nostri Tribunalis discutienda assumpta fuerunt, cum autem primum, licet replicatis vicibus proferretur, scilicet die 7. Junij proximi præteriti coram R. P. D. meo Urſino, & die 27. præteriti coram me adæquate decidit non poterit, demandante Rota coadjuvationem probationum, & judicalem extractionem exhibitum Jurium, in disputatione autem aliorum non leves prævideantur oritur contentiones super qualitate, & situatione tenorem decimabilium, vel exemptionum, necnon super facultate,

& modo retinendi Tribunal præfatum. Hinc ad evitandas confusiones, ejusque jura dilucidanda petiit Sacre Subdelegationem Judicis in partibus ad effectum compulsandi formiter non solum per Rotam, ut supra extrahi demandata, sed etiam alias scripturas specificatas, necnon confrontandi, seu de novo conficiendi Plantam Topographicam totius Districtus Magnorum Prioratum Castellæ, & Legionis, inclusis etiam limitibus Commendarum Villarum del Pozzo, & Jevenes, nec non Villarum, seu locorum Romeral, & Dancos cum contradistinctione, & mensura Bonorum nuncupatorum Sermas, seu Donados, cui instantia cum se opposuerint Ministri Dignitatis Archiepiscopalis, disputatum hodie fuit particulare Dubium affirmativè in utraque parte resolutum.

Quandoquidem tam compulsoria, quam Planta tendunt ad parandas probationes pro futuris disputationibus, & Decisionibus causæ necessarias, que non solum angustandæ, & impediendæ pro Judicem non sunt, sed potius pro indagine veritatis precandæ, & demandandæ, ut per text. in leg. quomodo multis in fine, ibi: ne probationum facultas auferatur. C. de harm. & Manich. l. sepe reprobondit Rot. præteritum, in dec. 161. n. 43. p. 2. rec. & coram Priolo dec. 284. num. 11.

Ideo in nostro Tribunali vulgata regula, & quotidiana praxis observatur, quod in causis merito prophanis, & quales reputantur etiam omnes, in quibus de titulo Beneficij principaliter nondisputatur, Rota apud Caputag. dec. 99. p. 1. coram Ludovico dec. 403. n. 2. coram Merlin. dec. 732. n. 1. facultas parandi probationes passim indagetur ex fola illarum relevantia ad text. in l. Judices, C. de fid. Infr. Boccac. de liter. remissio. cap. 4. n. 1. & 2. Rot. dec. 68. n. 1. p. 3. coram Caputag. dec. 147. n. 2. coram Greg. dec. 44. n. 1. coram Priolo, & alibi passim, addito pro compulsoria speciali existentia scripturæ compulsandæ juxta notata per Vetr. in præx. lib. 6. cap. 1. sub n. 12. Rota coram Burato dec. 555. & coram Celso dec. 299. utrobique n. 3. in p. g. rec. dec. 128. pariter eod. n. 1.

Neutrum ex præfatis requisitis in hac hypothesi deficit, siquidem existentia scripturarum compulsandarum, scilicet Processus Granaten. super raptione Sernatum, & Donados, & eorum exemptione à Decimis, necnon aliorum duorum Processuum, Hispanensis scilicet, & Salamantini inter S. Religionem, & Episcopum instructorum super retentione Vicarii in eisdem Civitatibus cum Tribunali, & Ministris, non impugnabatur ab informantibus pro Eminentiſſimo Archiepiscopo Toletano.

Relevantia autem resultat ex eo, quod talibus scripturis compulsandis, & Planta poterit Sac. Religio suum jus, vel fundare, vel confovere, deducendo ex Processibus præfatis observantiam, possessionem, & modum retinendi Vicarium, & Tribunal in aliis Civitatibus, & modum retinendi Vicarium, & Tribunal in aliis Civitatibus, etiam contradistinctionibus Episcopis approbatam, & ex Planta demonstrando confines, & qualitates Territorum, super quibus exemptionem præterit à Decimis, nec non ostendendo, quod Ecclesie confoverit sita, & adificata apparent in Termino Confoverit, quod multum sibi conferre supponit ad proband. effectum actionem quarundam antiquarum concordiarum initarum usque ab anno 1228. & 1229. super Ecclesiis in dicto termino constructis, & tamen ad effectum obtinendi petitam facultatem, sufficeret, quod probationes faciendæ possint ad causam quoquo modo conferre etiam pro solo adminiculo, & conjectura, rejecto rigoroso examine potest illarum exhibitionem, ne alias inverſo jurisdictionum ordine, de qualitate, & relevantia probationum ante illarum complementum disputari contingat, quod incongruum dixit Bald. in cap. licet Casum 33. de probat. Dec. cons. 517. n. 2. Rot. coram Cavalero dec. 232. n. 1. & Coram Celso dec. 32. n. 9. & 11.

Nulla concurrit calumniosa suspicio, ex qua solet per nostrum Tribunal probandi facultas denegari, ut in specie de compulsoria speciali responſum est in dec. 376. numer. 7. coram Durano in dec. 238. numer. 4. coram Carillo, & in dec. 475. numer. 7. coram Bich. Quin potius illa excluditur, ex quo talis Instantia proponitur in ipſomet principio gravissimorum judiciorum agitantorum via ordinaria, ideoque dubitari non potest directa ad impediendam, vel ad retardandam illorum promptam expeditionem, quinimo realem instantiam ferarum generalium, quibus pendentiis, compulsoria, & Planta perſici potuissent, quam circumstantiam ad removend. suspensionem calumnie, & facilius indulgendas petitas probatorias facultates confiderat Rota coram Carillo dec. 280. & coram Eminentiſſimo. Cerro dec. 77. utrobique in fine.

Nec